Margaret Strauchon

Presented to
The Library
of the
University of Toronto
by

Mrs M.S. Stewart



APPENDIX

AD

SCHLEUSNERI LEXICON,

ANIMADVERSIONES CRITICAS

IN LOCOS QUOSDAM

APUD

SCRIPTORES,

TUM SACROS, TUM PROFANOS

COMPLECTENS.

AUCTORE

JOANNE STRAUCHON.

EDINBURGI:

TYPIS ACADEMICIS.

APUD DICKINSON ET SOCIOS, INFIRMARY-STREET.

1814.

La Gr. D
S 9122 ap

603980
15.3.55

1.—ΑΠΕΧΩ.

Matth. VI, 2. ἀπέχουσι τὸν μίσθον αὐτῶν, *Nullum ultra praemium iis expetendum est. Jam tenent mercedem ipsorum.* N. T. interpretes, in explicando hunc locum et sequentem, minime senserunt praepositionem ἀπὸ, verbo ἔχειν junctam, ne in compositione quidem, sed juxta-positione, esse, versumque ellipticum ita resolvendum, ὅπως δοξασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀπὸ (τῶν ἀνθρώπων) ἔχουσι τὸν μίσθον αὐτῶν, *verily I say unto you, from men they have their reward.* Luc. VI, 24. Πλὴν οὐαὶ τοῖς πλουσίοις, ὅτι ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν, id est, ἀπὸ (τοῦ πλούτου) ἔχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν, *From riches ye have your consolation.* Formula eadem utuntur Scriptores exteri; sic Xenoph. Cyrop. Ἡ δὲ ἀκινάκην πάλαι παρεσκευασμένη, σφάττει ἑαυτὴν, καὶ ἐπιθεῖσα ἐπὶ τὰ στέρνα τοῦ ἀνδρὸς τὴν ἑαυτῆς κεφάλην, ἀπέθνησκεν, id est, καὶ ἐπὶ (τούτῳ) θεῖσα τὴν κεφάλην ἑαυτῆς ἐπὶ τὰ στέρνα κ. τ. λ. Anglice, *And then, laying her head upon her husband's breast, breathed her last.* Ἐὰν δέ σου προκατηγορήσω, ἔφη, ὅτι διὰ τὸ ἄγασθαι αὐτοῦ, καὶ εὐνοϊκῶς, ἔχεις πρὸς αὐτὸν, id est, δὲ πρὸς (τούτοις,) ἔφη, ἐὰν κατηγορήσω σου κ. τ. λ. Anglice, *And moreover, said he, if I should report you, that, on account of admiring him, you also feel yourself well disposed towards him.* Id. Memorabil. lib. II, 6. 34. Ὁ δὲ, ὑμέτερος, ἔφη, βασιλεὺς ἐλθὼν πρὸς ἡμᾶς, οὐ μόνον τὰ πρόβατα λαβὼν, ἀλλὰ καὶ τὸν ποιμένα προσεκτύφλωσας ἀπῆλθε, id est, πρὸς τουτοῖς, κ. τ. λ. Anglice, *But he said, your king having come to us, not only took our cattle; but also besides these, having struck our shepherd blind, went his way.* Plutarch. Apoph.

2.—Ἄρτος.

" 1 Cor. X, 16. ubi τὸν ἄρτον per Antiptosin, Latinis (Virg. Aen. I, 577. Urbem quam statuo vestra est) et Graecis (Sophocl. Oedip. Tyrann. 453. τὸν ἄνδρα τοῦτον, ὃν πάλαι ζητεῖς, οὗτος ἐστὶν ἐνθάδε) satis usitatam, pro ὁ ἄρτος positum est." Sic noster Auctor, sed multum fallitur.

De Syntaxi harum, similiumque sententiarum, vel apud Graecos, vel Latinos, nihil omnino dubitari potest; neque τὸν ἄρτον est positum pro ὁ ἄρτος, per figuram laudatam Antiptosin, uti noster opinari videtur. Sed quid, quaeso, Antiptosis est, quae tam saepe versatur apud grammaticos? nam certe locum nunquam potuit, nec habere potest, apud magna Scriptorum ingenia: quid enim stultius esse possit, quam accusativum pro nominativo ponere? vel vice versa: si hoc fieri liceret, totus sensus cujuscunque loci prorsus periret. Exempli causa, Actor. I, 11. οὕτως ἐλεύσεται, ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν. Jud. 7. ὡς Σόδομα καὶ Γομόρρα, καὶ αἱ περὶ αὐτὰς πόλεις τὸν ὅμοιον τούτοις τρόπον ἐκπορνεύσασαι. Nunc sane, si vertamus accusativum in nominativum, quid prodigium nonne proferret? Itaque in exemplis ab nostro docto auctore allatis, talis mutatio minime fieri posset: Nam si τὸν ἄρτον in ὁ ἄρτος nominativum torquere conaberis, fieret prorsus sententiae membrum inutile; quia nec concordare nec gubernare posset. Concordare nequiret, nam verbum ἐστὶν habet οὗτος pro nominativo, uti plane demonstrat vocabulum οὐχί.

Quare ita exsolvemus, (κατὰ) τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν, οὐχὶ (οὗτος) κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐστίν. (Quod ad) urbem quam statuo vestra est (urbs). (Κατὰ) τὸν ἄνδρα τοῦτον ὃν πάλαι ζητεῖς, οὗτος ἐστὶν ἐνθάδε. Nunc lector erudite, si vertere velles τὸν ἄνδρα

Id est, ἢν δε τι δέῃ θηρίου ἕνεκα καταμεῖναι ἐπὶ τῆς

Anglice. And if there be any need for the sake
the game, to continue in the same place

Itemque Latini praepositione subuntur m
eodem, Hor. Epist. I. 5. 18. ad docet artes

Thucydides, ἐν λοίμῳ, τὶ προέκαμνε.

Itemque Homerus Iliad. A. 296

Ὣς εἰπὼν, προΐει κρατερὸν δ' ἐπὶ πιῶδον ἔτελλε

τοῦτον, in ὁ ἀνὴρ οὗτος, figuram secundum laudatam, quid fieret? nonne immedicabile membrum? rescindendum est ergo, ne pars sincera trahatur.

Sunt multa alia exempla, tum in sacris, tum exteris Scriptoribus, quae ratione huic simili resolvenda sunt, qualia, Matth. XXI, 25. τὸ βάπτισμα Ἰωάννου, πόθεν ἦν; Marc. XII, 10. λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφάλην γωνίας. Xen. Cyr. I, 4. εἶδος κάλλιστος, ψυχὴν φιλανθρωπότατος. Homer. πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς, saepissime. Foede injustissimeque Homerum vituperat quidam imperitus Scholiastes anonymus, Iliad. δ, 503. τὸν δὲ σκότος ὄσσε ἐκάλυψε. et sic hypercritici partes sibi sumit, ‘ σολοίκισμος παρὰ τὰς πτώσεις, ἔδει γὰρ εἰπεῖν, ‘τοῦδε τοὺς ὀφθαλμοῦς, τὸ σκότος ἐκάλυψε.’ Qua arrogantia, ignorantiaque, nihil turpius esse potest. Figuram alteram huic (Antiptosi) cognatam et simillimam, magnumque offendiculum grammaticis, quae appellatur ἀνακολουθία, videas, si placet, sub articulo Μωσῆς.

3.—ΓΗ̃.

Matth. IV, 15. 16. γῆ Ζαβουλὼν, καὶ γῆ Νεφθαλείμ, ὁδὸν θαλάσσης, πέραν τοῦ Ἰορδάνου, Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν· ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει εἶδε φῶς μέγα, καὶ τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς. Interpretes Anglicani necnon Gallicus, non bene intellexisse videntur versus supra allatos. In communi versione sic legitur, ‘ *The land of Zabulon, and the land of Nephthalim,* by *the way of the sea, beyond Jordan, Galilee of the Gentiles; the people which sat in darkness saw great light; and to them which sat in the region and shadow of death light is sprung up.*’ Georgius Campbell, S. T. P. in sua versione haec habet, ‘ *The canton of Zebulon and the canton of Nephthali, situate on the Jor-*

dan near the sea, Galilee of the nations ; the people who abode in darkness saw a great light, and on those who inhabited a region of the shades of death light hath arisen.' Ab interprete Gallico ita redditur, ' *Le pays de Zabulon et le pays de Nephthali, vers le chemin de la mer, au dela Jourdain, la Galilée de Gentils : le peuple, qui étoit assi dans les tenebres a vu une grande lumiere ; et à ceux qui etoient assis dans la region et dans l'ombre de la mort, la lumiere s'est levée.*' Versus 15. sive Anglice, seu Gallice, nullam propositionem, vel affirmantem, vel negantem continet ; estque omnino sine sensu vel significatione. Sed qui fit, quod articulus non praecedat nomen γῆ ? quoniam docti interpretes eum expresserunt, quisque in sua versione : responsum in promptu est, quia articulus Graece non agnoscit casum vocativum : Praeterea, figura est, quae oratoribus appellatur prosopopoeia, quaeque non observata doctos etiam viros in errorem non minimum induxit. Igitur sic melius Anglice vertas, *O land of Zabulon, and thou land of Nephthalim on the sea-coast, O Galilee of the Gentiles beyond the Jordan ; thy people who sat in darkness saw a great light ; light hath arisen on those very people who sat in a gloomy region of death ;* ἐν χώρᾳ καὶ σκίᾳ θανάτου, pro ἐν χώρᾳ σκιάρᾳ θανάτου per figuram Hendiadyn bene notam Grammaticis. Vide Poli Synopsin Criticorum. Nec literarum sacrarum interpretes, soli in hanc fraudem deciderunt, sed etiam critici summi nominis vertentes scripta veterum poetarum, laudata figura (prosopopeia) non bene observata, in eadem decipula capti sunt. Exempli gratia, Latinorum Poetarum princeps, Eclog. VII, 45. sic habet,

> Muscosi fontes, et somno mollior herba,
> Et quae vos rara viridis tegit arbutus umbra,
> Solstitium pecori defendite.

Jan. 9, 1842

Quos versus elegantissimos et deliciis abundantes, interpretes, criticique, suis versionibus glossematisque, foedissime turparunt. Et sic Schrevelius Cornelius, ‘ et arbutus quae vos,’ id est, *quae fontes et herbam raris foliis inumbrat, prohibete solstitiales calores a pecore, et ardorem aestivum temperate.*’ Quid sibi velit ille vir doctus? hic, prosopopoeia incoepta versa est in tertiam personam: itaque tertia persona apostrophes partem efficit verbis *quae tegit;* quod fieri non possit; deinde retro versa est in figuram laudatam, verbis, *prohibete et temperate.* Certe quidem poeta eximius hos versus nunquam voluisset ita vertendos. Sed si relativum *quae* sit nominativus verbi *tegit,* (quod credere non possumus, quia accusativus pluralis est) cui verbo est *arbutus* nominativus? Ruaeus, in editione sua Delphini, ita vertit, ‘ Fontes muscosi, et gramen dulce ad somnum, virens arbutus quae vos inumbrat raris foliis, protegite pecus contra calorem solstitialem.’ Hoc est nihilo melius supra dicto; neque pronomen ‘ vos’ accusativus pluralis, ut ille vir conjicit, sed vocativus. Davidsonus in sua versione Anglicana, sic interpretatur, ‘ *Ye mossy fountains, and grass more soft than sleep, and the green arbute that clothes you with its shade, ward off the solstitial heat from my flock.*’ Hic, sicut ante, tertia persona, prosopopoeiae partem constituit, quod nunquam ab hominibus maxime barbaris factum est. Sed Heynius, maximus, celeberrimus, eruditissimusque Heynius, suis Excursionibus ita disserit, ‘ Dictum vero pro: *et O arbute quae tegis eos,* &c. *h.* et O arbuti quae *tegitis* fontes cum herba.’ Quod longe omnium est absurdissimum. Primum *fontes* et *herba* torqueri non possunt ad tertiam personam *eos,* ut stulte putat hypercriticus, quia sunt personae secundae, ut necesse est, quippe queîs prosopopoeia fit; eaque, suo genere, pulcherrima. Deinde alia mutatio, numerorum scilicet, fortasse non minus priore

miranda, ‘ *h.* et O arbuti quae tegitis *fontes* cum *herba*.’ Sed *fontes* et *herba* sunt casus vocativi, vertique non possunt in accusativum, vel ablativum; neque gubernari omnino possunt ab *tegis* vel *tegitis*. Itaque sequetur, si arbutus convertenda in *arbute*, et *tegit* in *tegis*, vel *tegitis*, contra grammatices regulas, contraque rationem; tunc *tegis* vel *tegitis* gubernare oportet *te* vel *vos*, quia nihil aliud fit reliquum quod gubernare possit. Igitur ille versus novus et celeberrimus sic constabit, *O arbute quae tegis te*. Hac inventione, Heynius totum gregem criticorum, sine dubio, procul a se reliquit. Potuitne arbutus sua umbra seipsam contegere !

> Dic quibus in terris se contegit arbutus umbra
> Ipsius, et semper tu sis mihi magnus Apollo.

Alia similia et aeque falsa referre pretium operae non esset; neque nostros lectores eruditos fatigare velimus, figmenta criticorum referendo: conabimur ideo sensum verissimum demonstrare poetae celeberrimi linguae Latinae: et hoc nec temere nec timide faciemus. Nunc, primum observandum, locum laudatum topographicum esse, deinde ellipticum, et apostrophen non factam esse ad *arbutus* (quod summa stultitia esset) sed ad τὸ *loca* suppressa, et constare sic:

> Muscosi fontes, et somno mollior herba,
> Et quae vos (loca) rara viridis tegit arbutus umbra,
> Solstitium pecori defendite.—

Quae Anglice vertas, *O ye mossy fountains, and thou grass softer than sleep, and ye (places) which the green arbute covers with a delicious shade, defend my cattle from the summer's heat.*

Cedite Romani Scriptores cedite Graeci

Ecce, Lector erudite, quod fuit ante mendum gravissimum, in summam venustatem conversum est; et poeta eximius nunc suo solito lucet splendore.

Quae loca enim, quaeso, Vates Bucolicus potuisset melius invocare, ad pecus suum protegendum contra calorem, quam ea, et cibum et frigus opacum simul praebentia? talia enim fuerunt loca inumbrata arbutis.

> ‘ Impune tutum per nemus arbutos
> Quaerunt latentes.’
>
> Hor. Od. I, 17. 5.

> ‘ Dulce satis humor, depulsis arbutus hoedis.’
>
> Virg. Ecl. III, 82.

Nobis doctus amicus suggessit, vers. 46. sic rescribi debere, ‘ Et vos quae rara viridis tegit arbutus umbra.’ Cui emendationi facile assentimur; nec omnino dubitandum est, quin Virgilius ita scripserit. De abusu hujus figurae, plura videsis, ubi perventum est ad prosopopoeiam, vel apostrophen.

4.—ΔΙΔΆΣΚΩ.

‘ Διδάσκω,’ inquit noster Auctor, ‘ regit duos accusativos, personae et rei.’ ‘ Joann. XLV, 26. ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει πάντα.’

Verbum διδάσκω accusativos duos, alterum personae, alterum rei nequaquam regere potest. In exemplo allato, accusativum πάντα non regitur a verbo, sed praepositione suppressa: imo τὸ verbum διδάσκω regere accusativum rei omnino nescit; namque loco Matth. XXII, 16. Διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι ἀληθὴς εἶ,

καὶ τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ διδάσκεις summa stultitia esset existimare τὸ διδάσκεις regere τὴν ὁδὸν, sed κατὰ praepositionem subintelligendam. Formula Latina, itemque vernacula Graecae simillima est, *viz.* docuit (homines) grammaticam, *he taught* (*men*) *grammar*. Docuit me grammaticam, *he taught me grammar*, id est, *in the art of grammar*.

5.—ΛΑΛΕΩ.

"Joan. VIII, 44. ὅταν λάλῃ τὸ ψεύδος, ἐκ τῶν ἰδιῶν λαλεῖ, *si impie agit, non aliene ab animi ejus indole agit.*" Noster Auctor eruditus, cum multis aliis, hic ab scopo longissime errat. Sequenti modo Beza locum reddit, '*Quotiescunque loquitur mendacium, de suo loquitur, quia mendax est, et pater ille mendacii.*' Caetera glossemata et figmenta interpretum, nonnullorumque criticorum hodiernorum operae pretium non esset referre. Totus ille versus sic stat, Ὑμεῖς ἐκ πάτρος τοῦ Διαβόλου ἐστὲ, καὶ τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πάτρος ὑμῶν θέλετε ποιεῖν. ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν· ὅτι οὐκ ἐστὶν ἀλήθεια ἐν αὐτῷ· ὅταν λάλῃ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ· ὅτι ψεύστης ἐστὶ καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Neminem certe latet, ellipticum esse versum, vocemque maxime ellipticam (τὶς) ex versu 46. esse petendam: quem, voces ellipticas supplendo, in ordinem syntaxios digerendo, modoque sequenti interpungendo, exsolvimus sic; Ὑμεῖς ἐστὲ ἐκ τοῦ Διαβόλου πάτρος· καὶ τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πάτρος ὑμῶν θέλετε. ποιεῖν· ἐκεῖνος ἦν ἀνθρωποκτόνος ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν, ὅτι οὐκ ἐστὶν ἀλήθεια ἐν αὐτῷ· ὅταν (τὶς) ἐκ τῶν ἰδίων (τέκνων) λάλῃ τὸ (ὃ ἐστὶ) ψεῦδος, λαλεῖ (αὐτὸ) ὅτι ἐστὶ ψεύστης καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ· et Anglice vertimus, *Ye are of the Devil, your father; and the lusts of your father ye will do, he was a murderer from*

the beginning, and abode not in the truth, because there is no truth in him; when (any) of his (children) telleth a lie (that which is a falsehood,) he telleth it, because he is a liar as well as his father.

Loca alia huic consimilia videas in sequentibus; Matth. XXIII, 34. Διὰ τοῦτο ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω πρὸς ὑμᾶς προφήτας, καὶ σοφοὺς καὶ γραμματεῖς· καὶ (τινὰς) ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε καὶ σταυρώσετε, καὶ (τίνας) ἐξ αὐτῶν μαστιγώσετε ἐν ταῖς συναγωγαῖς ὑμῶν. Luc. XVII, 18. οὐχὶ (τίνες ἐξ αὐτῶν) εὑρέθησαν ἀποστρέφοντες δοῦναι δόξαν τῷ Θεῷ. Joan. VI, 39. μὴ ἀπολέσω (τι) ἐξ αὐτοῦ. Joan. XVI, 17. εἶπον οὖν (τίνες) ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς ἀλλήλους. Aelian. V. H. X, 9. ἦν γὰρ (τὶς ἐκ) τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν. Plat. Protagor. p. 197. κἂν πάνυ καλὸς ᾖ καὶ πλούσιος καὶ (τὶς ἐκ) τῶν γεννικῶν. Idem de republic. IV, p. 447. καὶ ἐμὲ τοίνυν θὲς (τίνα ἐκ) τῶν πεπεισμένων. Xenoph. (τὶ ἐκ) τῶν Μηδικῶν πιλῶν ὑποδάλλειν ἐκέλευσε. Homer. Ἀδράστου ἐγήμε (τίνα ἐκ) θυγάτρων. Sine Ellipsi. Matth. VI, 27. τίς δὲ ἐξ ὑμῶν μεριμνῶν δύναται προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα. Matth. VII, 9. Ἢ τίς ἐστὶν ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος; Matth. XII, 11. τίς ἐσταὶ ἐξ ὑμῶν; Luc. XI, 5. καὶ εἴπει πρὸς αὐτοῦς, τίς ἐξ ὑμῶν ἕξει φίλον; Joann. VI, 64. ἀλλ' εἰσιν ἐξ ὑμῶν τίνες οἳ οὐ πιστεύουσιν.

6.—ΜΩΣΗΣ.

"Actor. VII, 40. ὁ γὰρ Μωσῆς οὗτος, *quod ad hunc Mosen attinet.*" Hic, sine dubio, de tramite recto, longe erravit noster auctor, et Beza qui locum reddit, '*Mosi enim isti qui eduxit nos e regione Aegypti, nescimus quid factum sit.*' Versio vulgata sic, '*Moses enim hic qui eduxit nos de terra Aegypti, nescimus quid factum sit ei.*' Itaque τὸ Moses fit prorsus inutile membrum sententiae. Nec Gallicus interpres fuit felicior in

dando significationem hujusce loci, ‘ *Car nous ne savons point ce qui est arrivè a ce Moïse, qui nous à amenéz hors du païs d'Egypte.*’ Nec esse potest nominativus absolutus, ut noster eruditus-conjicit: nam quotiescunque id accidat, sensus semper completus est, ut v. g. 1 Tim. II, 14. καὶ Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη, ἡ δὲ γυνὴ ἀπαταθεῖσα, ἐν παραβάσει γέγονε, quod Anglice vertas, *Adam was not deceived, but he involved himself in the transgression, his wife being deceived.* Vide Sylva Critica. Nec vero, Actor. VI, 14. nominativus absolutus, ut putant quidam, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος οὗτος καταλύσει τὸν τόπον τοῦτον, ordo, οὗτος Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος καταλύσει τοῦτον τὸν τόπον. Similiterque omnino resolvi illum necesse est locum, Matth. XIII, 56. καὶ αἱ ἀδελφαι αὐτοῦ, οὐχὶ πᾶσαι πρὸς ἡμᾶς εἰσι; scilicet, οὐχὶ εἰσι πᾶσαι αἱ ἀδελφαι αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς.

Gulielmus Neilson, Theologiae Doctor, in suo libro cui titulus ‘ Greek Exercises,’ ed. tertia, p. 203, appellat hanc phrasin ἀνακολουθίαν. ‘ *If there are still some expressions which cannot be explained in this manner,* (inquit ille vir doctus) *perhaps they may be classed with those* ἀνακολούθιαι *which are to be found in the most elegant works of every language,*’ quam falsum et absurdum! ‘ *which would be disgusting indeed, if too frequently used, but occasionally give a pleasing variety and animation to plain narrative,* or *didactic style,*’ *thus,* “ ὁ δὲ Ἀσσύριος, ἐγὼ μὲν οἶμαι ἱππέας ἄξειν,” Xenophon. Cyr. B. “ ὁ γὰρ Μωσῆς οὗτος, οὐκ οἴδαμεν τὶ γέγονεν αὐτῷ,” Actor. VIII, 40.

“ —— quae prima solo ruptis radicibus arbos
Vellitur, hinc atro liquuntur sanguine guttae. Virg. Æn. III.”

“ Quae quatuor, quanquam inter se colligata atque implicata sunt, tamen ex singulis, certa Officiorum genera nascuntur,”

Cicer. Off. I. "ὁ φυτεύσας τὸ οὖς, οὐχὶ ἀκούει, Psal. XCIV, 9." —Haec omnia reduci perfacile possunt ad notas grammatices regulas sequenti modo, ὁ δὲ Ἀσσύριος, ἐγὼ μὲν οἶμαι, (μέλλει) ἄξειν ἱππέας. Nunc ad Actor. VII, 40, vel potius ad Exod. XXXII, 1. unde Lucas desumpsit, Καὶ ἴδων ὁ λαὸς ὅτι κεχρόνικε Μωσῆς καταβῆναι ἐκ τοῦ ὄρους, συνέστη ὁ λαὸς ἐπὶ Ἀαρὼν, καὶ λεγοῦσιν αὐτῷ, ἀνάστηθι, καὶ ποίησον ἡμῖν Θεοὺς οἱ προπορεύσονται ἡμῶν· ὁ γὰρ Μωσῆς οὗτος ὁ ἄνθρωπος, ὃς ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου—οὐκ οἴδαμεν τὶ γέγονεν αὐτῷ.

Omnibus apparere necesse est, hanc clausulam, ὁ γὰρ Μωσῆς οὗτος ὁ ἄνθρωπος ὃς ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, esse imperfectam et orationem incoeptam, neque ad finem esse perductam; sed tamen ex eo quod praecesserit et sequatur, sensum loquentis posse non latere; hacque figura, eloquentiam Scriptorum sacrorum ad mirum modum elucere. Nunc conemur ellipsin supplere; ὁ γὰρ Μωσῆς οὗτος, ὁ ἄνθρωπος ὃς ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου (ἀποδέδρακε, vel ἔτυχε, ὧν ἠπεροπεύτης, καὶ) οὐκ οἴδαμεν τὶ γέγονεν αὐτῷ, Anglice, *For this Moses, the fellow who brought us out of the land of Egypt* (*has absconded,* or *turned out an impostor, and*) *we know not what has become of him.* Itaque, figura non ἀνακολούθια, quae nulla est, sed quae apud rhetores ἀποσιωπήσις appellatur; nec ulla verba, pervicacem refractoriamque indolem gentis istius, tam bene exprimere potuissent, quam haec figura; similisque picturæ pingentis est, qui depingere jussus dolorem insignem moestissimi patris, arte deficiente, faciem (patris) sudariolo obduxit. Talesque locutiones haud raro sunt inveniendae non solum in sacris, sed etiam exteris Scriptoribus. Deut. I, 35. εἰ ὄψεται τὶς τῶν ἀνδρῶν τούτων τὴν γῆν ἀγαθὴν ταύτην, ἣν ὤμοσα τοῖς πατράσιν αὐτῶν—(τότε ἐπιόρκος ἔσομαι vel ὁ Θεὸς οὐκ ἔσομαι). Versio Anglicana, *None of these men shall see,* &c. Ad verbum, *If any of these men shall see this good land which I*

sware to their fathers (*then I shall be perjured*, or *I shall not be God*). Psal. LXXXIX, 35. Ἅπαξ ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μοῦ, εἰ τῷ Δαβὶδ ψεύσομαι (τότε ἐπιόρκος ἔσομαι). *Si mentiar Davidi* (*non ero Deus*). Synopsin Criticorum Poli videas. Adde Psal. XCV, 11. & CXXXII, 2. 3. Marc. VIII, 12. εἰ δοθήσεται τῇ γενεᾷ ταύτῃ σημεῖον (τότε γε θαυμαστότατον), Anglice, *if a sign shall be given to this generation* (*then it shall be wonderful indeed*). Virg. I, 139. Quos ego—sed motos praestat componere fluctus, (punirem *sc.*).

Idem, Æn. II, 34. Sive dolo, seu jam Trojae sic fata ferebant (latet).

Idem, Æn. II, 428.—cadit et Riphaeus justissimus unus
Qui fuit in Teucris, et servantissimus aequi (ergo fuit longa vita dignissimus)

Diis aliter visum est. Iliad. Α. 340.—εἴποτε δ' αὖτε
Χρειὼ ἐμεῖο γένηται ἀείκεα λοιγὸν ἀμῦναι
Τοῖς ἄλλοις—(ζητήσεται μάτην) vel quid simile.

Nunc conficiamus reliqua exempla docti Theologiae Doctoris, Virg. Æn. III, " —— quae prima solo ruptis radicibus arbos Vellitur, hinc atro liquuntur sanguine guttae." *Quae arbos* pro *quaecunque arbos*, id est, simplex pro composito, quod saepe fit apud poetas, tironibus etiam quoque notum. Mirum est quidem hoc effugere potuisse Doctorem Theologiae. Cicer. Off. I, " (quod ad) quae quatuor." Anglice, *With regard to which four*. Psal. XCIV, 9. (ἐκεῖνος) οὐχὶ ἀκούει ὁ φύτευσας τὸ οὖς. Alius vir, doctus Sermones utriusque Linguae, Samuel Clarke, S. T. P. inter Criticos recentiores longe celeberrimus, de versu sequenti Homeri Iliad. B. 333. ita censet, Ἀστράπτων ἐπιδέξι' ἐναίσιμα σήματα φαίνων. ' Caeterum, de Syntaxi in hac sententia ἀνακολούθῳ, recte Eustathius, Ὡς ἀπ' ἀλλῆς ἀρχῆς ἀσυνδέτως ἀρχόμενος φήσιν, " ἀστράπτων," ἵνα λέγῃ, ὅτι ἀστράπτων ἦν.—καὶ ὅρα ὅπως—τὸ καινοπρεπὲς

lic quoque loquitur Hoogeveen ad Vigerum. cap. 6. §. 1. reg. 18.

Θεῶν δὲ φόβος] parce imitandum censeo Atticismum apud Thucydidem, quo pro Genitivo absoluto Nominativo ponitur — Vide quoque Majora notis p. 37. 6

τοῦτο σχῆμα εἰς δέον τέθεικεν ὁ ποιήτης· ἢ ἵνα, ὥσπερ τὸ νοήμα οὕτω καὶ τὸ σχήμα ξενίσῃ τὸν ἀκροατήν—ἢ καὶ μιμούμενος ῥήτορα ἐναγώνιον νοήμασιν ἑαυτὸν ἀποσχολοῦντα, καὶ τοῦ καταλλήλου τῆς συντάξεως μὴ διόλου φροντίσαντα καὶ διὰ τοῦτο κινδυνεύσαντα εἰπεῖν τὶ καὶ σολοικοφανέστερον· οὐ μὴν σολοικίσαντα· ὅτι μηδὲ ἄκων περιπέπτωκε τῇ καινότητι τῆς συντάξεως, ἀλλ' ἐπίτηδες ἐτεχνήσατο.' Omnia haec levia, admodum levia, parumque apta ad locum illustrandum; flammaeque simillima ignisfatui conducentis magis errantem fallere, quam amicè ostendere iter; quia poeta minime dicit, neque dicere potuisset ἀστράπτων ἦν, uti criticus sagax conjicit, quod *tunc sane dixisset* τὶ σολοικοφανέστερον γέ· sed dicit poeta ἦν φαίνων, idem ac ἔφαινε. Neque τὸ καινοπρεπὲς τοῦτο σχῆμα εἰς δέον τεθείκεν ὁ Κρίτικος. Tota sententia sic suo ordine stabit: Φήμι οὖν ὑπερμένεα Κρονίωνα κατανεῦσαι, γὰρ (ἐκεῖνος ἦν) φαίνων ἐναίσιμα σήματα, ἀστράπτων ἐπὶ δέξια τῷ ἤματι, ὅτε Ἀργεῖοι ἔβαινον ἐπὶ ἀκυπόροισι νηυσὶ, φέροντες κῆρα καὶ φόνον Τρώεσσι.—Et sic Anglice vertas, *Now I maintain, that the mighty son of Saturn consented (to the Trojan expedition), for he gave favourable omens, by uttering his voice in thunders, on the right hand, that very day, when the Greeks entered on board their swift ships to carry death and destruction to the Trojans.* Ordo constructionis est tantum paululum perturbatus, sed simplex certe est; neque continet Antiptosin, nec ἀνακολούθιαν, nec ullum aliud figmentum Criticorum quodcunque. Nunc jam omnibus apparere oportet, has figuras (antiptosin et ἀνακολούθιαν) mera esse commenta Criticorum, quae ignorantiam suam occultent; quia in ullis scriptis doctorum non sunt reperiendae.

7.—Ἵνα.

Inter omnes particulas linguae Graecae, earum est nulla, quae

tam multas, tam varias, tamque diversas, significationes induit, quam particula ἵνα; quae, quamvis non prorsus similis Proteï vafro, non 'omnia transformat sese in miracula rerum,' non, 'nunc leo, nunc arbor, nunc erat hirsutus aper;' tamen ambigua, mutabilis, inconstans, instabilis esse saepe videtur, nunc ὅτε, nunc ὅπου, mox ἐκεῖ, deinde ὅπως, significans inveniatur: et multa alia quae nunc mora longa referre. Idcirco experiendum sit, 'quo teneam vultus mutantem Protea nodo.' Particula ἵνα, motum vel progressum aliquem, sua vi genuina, semper significat: et quamvis grammatici, eam nunquam dignati sunt loco inter verba, verbi tamen officio semper fungitur; et nunc ab infinitivo, nunc imperativo verbi ἴνω obsoleti jampridem, motum vel progressum exprimentis, suum ortum duxisse videtur: nativam vimque suam, tot saeculis currentibus, sub sua versa figura, nunquam amisit. Haec particula interdum permutatur cum praepositione εἰς, cui significatione simillima, et origine cognata certissime est: facies quidem *ambabus non una est*, 'Nec diversa tamen, qualem decet esse sororum.' Igitur ἵνα, vel potius ἴναι, sua propria et antiquissima forma, denotat semper *progredi*, vel *ire* per spatium aliquod vel loci vel temporis. Locus ergo, ubicunque inveniatur, ellipticus semper est existimandus.

Sensu imperativi, Iliad. ά, 302. Εἰ δ' ἄγε μὴν πείρησαι ἵνα γνώωσι καὶ οἵδε, id est, ἴναι τοσοῦτο διάστημα, καὶ οἵδε γνώωσι, Anglice, *But come on, make a trial, (go so far) and these also may know.*

Iliad. ή, 352. ——— τῷ οὐ νύ τι κέρδιον ἡμῖν
Ἔλπομαι ἐκτελέεσθαι, ἵνα μὴ ῥέξομεν ὧδε.

id est, ἴναι τοσοῦτο διάστημα μὴ ῥέξομεν ὧδε, Anglice, *Wherefore, I think no advantage will accrue to us, (go so far) we shall not act after this manner*, i. e. *unless we shall*, &c. Iliad. ά, 363. Ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ, ἵνα εἴδομεν ἄμφω, id est, ἴναι τοσοῦτο διάστημα τότε εἴδομεν ἄμφω, Anglice, *Tell it freely, conceal it not in your*

Heb. 11. 35 ἵνα κρείττονος ἀναστάσεως τύχ

mind, (go so far,) then we both know it, Sophocl. Ajax Flagell. v. 385. Μηδὲν μεγ' εἴπῃς, οὐχ ὁρᾷς ἵν' εἶ κακοῦ, Vulgata sic habet: *Nihil elate dixeris, non vides ubi sis mali?* οὐχ ὁρᾷς ἵνα εἶ κακοῦ; id est, οὐχ ὁρᾷς τὸ βαθὸς κακοῦ, ἵναι τὸ βαθὸς, ἐν ᾧ εἶ, Anglice, *Don't you observe the depth of misery, (go to the depth,) in which you are involved,* Odyss. IX, 136.

Ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος, ἵνα οὐ χρεὼ πείσματος ἐστὶν,

id est, ἵνα τὸν λίμενα ἐν ᾧ οὐ χρεὼ πείσματος ἐστὶν, Anglice, *In it there is a good harbour for ships, (go to the harbour,) where,* or *in which, there is no need of a cable.* Nunc Lector erudite, animadverte et hic, et in exemplis praecedentibus sequentibusque, illum antiquissimum, simplicissimumque loquendi morem, qui ab primis mortalibus usurpari solebat, quem quoque tam saepe scripta Homerica redolent, quique nec injucundum odorem quidem eruditis, amatoribusque literarum politiorum praebeat. Euripidis Hecuba, v. I.

Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
Λίπων, ἵνα Ἅιδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν,
Πολύδωρος Ἑκάβης παῖς γεγὼς τῆς Κισσέως,
Πριάμου τε πατρός. Id est, ἵναι τὸν τόπον, ὅπου Ἅιδης ᾤκισται χωρὶς θεῶν, Anglice, *I Polydorus, the son of Hecuba, the daughter of Cisseus, and of Priam my father, am here, having left the secret retreats of the dead, and the gates of darkness, go to* THE PLACE WHERE *Pluto has fixed his abode, far from the* RESIDENCE *of the gods.* Euripidis Hecuba, v. 25.

κτείνει με χρυσοῦ, τὸν ταλαίπωρον, χάριν,
ξένος πατρῴος, καὶ κτανὼν ἐς οἶδμ' ἁλὸς
μεθῆχ', ἵν' αὐτὸς χρυσὸν ἐν δόμοις ἔχῃ. Ordo, διὰ τὸ ἵναι εἰς τοσοῦτο πονήρευμα, αὐτὸς ἔχῃ χρυσὸν ἐν δόμοις, Anglice, *By having advanced to so great wickedness, he might keep the gold in his family.* Joann. XVI, 2. Ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, ἵνα πᾶς ὁ ἀποκτεί-

ναις ὑμᾶς δόξῃ λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ· id est, ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, ἵναι τοσοῦτο διάστημα χρόνου, ὅτε κ. τ. λ. Anglice, *The hour cometh*, (*go to such a length of time*,) *when*, &c. Matth. XXVII, 46. Πέρι δὲ τὴν ἐννάτην ὥραν ἀνεβόησεν ὁ Ἰησοῦς φωνῇ μεγάλῃ λέγων Ἠλὶ, Ἠλὶ, λαμὰ σαβαχθανὶ ; τοῦτ' ἐστὶ, Θεὲ μοῦ, Θεὲ μοῦ, ἵνα τί μὲ ἐγκατέλιπες. Versio Anglicana, *Why hast thou forsaken me?* Beza sic quoque vertit, Deus mi, Deus mi, cur deseruisti me ? Item interpres Gallicus, *Mon Dieu, mon Dieu, pourquoi m' as abandonnè?* Quae certe non admodum sana sunt, quia procul dubio bene noverit Salvator hominum, quare sui patris dilectissimi vultus obscurationem maxime horrendam tunc subiret; quum dixerit ante, Joann. XII, 27. *Nunc mea anima turbata ; et quid dicam ; Pater, libera me ab hac hora : sed propterea veni ad hanc horam.*' Sed si ab Patre omnino desertus esset, nequaquam dicere potuisset, Deus mi, Deus mi; neque salutem hominum perficere, nec iram divinam ferre potuisset, si ab Patre vere desertus esset. Igitur omnibus apparere necesse est quod formula ἵνα τί, interpretationem aliam habere debeat. Vir doctus, Godfredus Hermannus, dicit vertendum esse sic, ' ἵνα τί per ellipsin.' (Hoc confitemur lubentissime). ' Plene in construc-
' tione praesentis temporis ἵνα τί γένηται ; In constructione prae-
' teriti ἵνα τί γένοιτο ;' Sed haec nunquam sumus approbaturi.
' Caeterum ἵνα τί dicitur nunc sequente verbo ut in Aristoph. pa-
' ce 409. ἵνα τί δὲ τοῦτο δρᾶσον ; *Quid ut fiat, hoc faciatis?*' Vide Vigerum, p. 666. Si igitur locus supra citatus Matth. XXVII, 46. ita vertendus, nihilo melior, si non pejor est, versionibus jam allatis. Nos nunc conemur sensum eruere hujusce loci, tam depravati versionibus interpretum. Θεὲ μοῦ, Θεὲ μοῦ, (ἵναι τί διάστημα,) μὲ ἐγκατέλιπες, Anglice, *My God, my God, (to go how far,) hast thou forsaken me?* id est, *how far hast thou forsaken me?* Nec aliam versionem ullam omnino ferre possit. Joann.

Preface

I, 19. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ Ἰωάννου, ὅτε ἀπέστειλαν οἱ Ἰουδαῖοι ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεῖς καὶ λευίτας, ἵνα ἐρωτήσωσιν αὐτὸν, Σὺ τίς εἶ; Ordo, διὰ τὸ ἵναι τοσοῦτο διάστημα ἐρωτήσωσιν αὐτὸν σὺ τίς εἶ, Anglice, *By (going so far,) they might ask him, who art thou?*

Iliad. φ'. 314. ——Πολὺν ὀρύμαγδον ὄρινε

Φιτρῶν καὶ λάων, ἵνα παύσομεν ἄγριον ἄνδρα.

—Anglice, *Discharge at him a great quantity of trees and stones,* ἵναι τοσοῦτο διάστημα, *then we shall check the fury of the mighty man.* Neque verti debet, *ut compescamus,* uti Samuel Clarke, ille vir doctus, quia est futurum primum, non Aorist. subjunctivi, ut somniarunt Critici. Lysias advers. Pancleon. XXII. ἐλθὼν ἐπὶ τὸ κουρεῖον, τὸ παρὰ τοὺς Ἑρμᾶς, ἵνα οἱ Δεκελεῖς προσφοιτῶσιν, ἠρώτων. Anglice, *And having reached the barber's shop, which is near by the statues of Mercury,* ἵναι τὸν τόπον, ὅπου, *proceed to the place where the Decelienses frequent, I began to make enquiry.* Dinarch. advers. Aristogeiton. εἰ ἦν ἕτερος τὶς τόπος ἀνοσιώτερος, ἵνα ἐξῆν ἀπάγειν τοὺς ἐκ δεσμωτηρίου κλέπτοντας, εἰς ἐκεῖνον ἂν τοῦτο τὸ θήριον ἀπαχθῆναι. Anglice, *If there were any other place, more accursed,* ἵναι ἐπὶ τοιοῦτον τόπον, ὅπου, *go to such a place, whither one could carry off from prison those guilty of stealing, into that place it behoves this monster to be dragged.* Plat. Euthyphr. Οὐκ ἄρα ὀρθῶς ἔχει λέγειν, ἵνα γὰρ δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς· ἀλλ' ἵνα μὲν αἰδὼς, ἔνθα καὶ δεός· id est, ἵναι ἐπὶ τὴν χώραν, ὅπου αἰδὼς ἐστὶν, ἔνθα, i. e. ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ δὲος ἐστί.

In sensu infinitivi. Apocalyps. XXII, 14. Μακάριοι οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἵνα ἔσται ἡ ἐξουσία αὐτῶν, ἐπὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, καὶ τοῖς πυλῶσιν εἰσέλθωσιν, εἰς τὴν πόλιν. Ordo, μακάριοι οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἵναι τοσοῦτο διάστημα, ἡ ἐξουσία ἐπὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ἔσται αὐτῶν, καὶ εἰσέλθωσιν εἰς τὴν πόλιν τοῖς πυλῶσιν. Anglice, *Blessed are they that do his commandments,* TO PROCEED SO

FAR, (id est, διὰ τὸ ἵναι τοσοῦτο διάστημα, *by proceeding so far*) *they shall have a right to the tree of life; and they may enter into the city by the gates.* Luc. XVI, 24. Πατὲρ Ἀβραὰμ, ἐλέησον μὲ, καὶ πέμψον Λάζαρον· ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατος. id est, πέμψον Λάζαρον ἵναι τοσοῦτο διάστημα, ὅπως βάψῃ κ. τ. λ. Anglice, *Send Lazarus* TO GO SO FAR *that he may dip,* &c. Hoc loco ita accidit, ut infinitivus ἵναι, a πέμψον gubernetur, ad quam Syntaxin, omnium poetarum pater atque princeps, suum calculum quoque apposuit.

Iliad. κ'. 126. Ἀλλ', ἴομεν, κεῖνους δὲ κιχησόμεθα πρὸ πυλάων
Ἐν φυλάκεσσ', ἵνα γάρ σφιν ἐπέφραδον ἠγερέεσθαι.

Ordo, γὰρ ἐπέφραδον σφιν ἵναι ἐπὶ τὸν τόπον, εἰς τὸ ἠγερέεσθαι ἐκεῖ. Anglice, *For I ordered them to go to the place, in order to rally themselves there.* 1 Cor. IX, 18. Τίς οὖν μοι ἐστὶ ὁ μίσθος; ἵνα εὐαγγελιζόμενος ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ μὴ καταχρήσασθαι τῇ ἐξουσίᾳ μοῦ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. Ordo, τίς οὖν μοι ἐστὶν ὁ μίσθος; οὗτός μοι ἐστὶν ὁ μίσθος, διὰ τὸ ἵναι τοσοῦτο διάστημα εὐαγγελιζόμενος, θήσω τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ κ. τ. λ. Anglice, *What is my reward then? this is my reward,* BY GOING SO FAR, *when I preach the gospel, I may make the gospel of Christ without expence, in order not to abuse my power in the gospel.* Ephes. V, 33. ἡ δὲ γυνὴ ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα, ordo, δὲ ἡ γυνὴ ὁράτω ἵναι τοσοῦτο διάστημα, ὅπως φοβῆται τὸν ἄνδρα. Anglice, *And let the wife be sure (to go so far,) that she reverence her husband.* Joann. XI, 31. ὅτι ὑπάγει εἰς τὸ μνημεῖον, ἵνα κλαύσῃ ἐκεῖ, ordo, διὰ τὸ ἵναι τοσοῦτο διάστημα, κλαύσῃ ἐκεῖ. Anglice, *Having (gone so far,) she may weep there.* 1 Cor. IV, 6. Ταῦτα δὲ, ἀδελφοὶ, μετεσχημάτισα εἰς ἐμαυτὸν καὶ Ἀπολλῶ δι' ὑμᾶς· ἵνα ἐν ἡμῖν μάθητε τὸ μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται φρονεῖν, ἵνα μὴ εἷς ὑπὲρ τοῦ ἑνὸς φυσιοῦσθε κατὰ τοῦ ἑτέρου. Ordo, διὰ τὸ ἵναι μὲ τοσοῦτο διάστημα, μάθητε ἐν ἡμῖν τὸ μὴ φρονεῖν ὑπὲρ τὸ, ὃ γέγραπται· διὰ τὸ ὑμᾶς ἵναι τοσοῦτο διάστημα, τότε μὴ φυσιοῦσθε,

εἷς κατὰ τοῦ ἑτέρου, ὑπὲρ τοῦ ἑνός. Quae verba respicere videntur 1 Corinth. I, 12. Λέγω δὲ τοῦτο, ὅτι, ἕκαστος ὑμῶν λέγει, ἐγὼ μὲν εἰμὶ Παύλου, ἐγὼ δὲ Ἀπολλῶ, ἐγὼ δὲ Κηφᾶ, ἐγὼ Χριστοῦ. Anglice, *By my (going so far,) you may learn in us, not to think of yourselves above that which is written; by your (going so far,) then ye are not puffed up, one against the other, for the sake of the favourite individual.*

8.—Ὀπίσω.

" Joann. XVIII, 6. ὡς οὖν εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι ἐγώ εἰμι, ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ ἔπεσον χαμαὶ, *Aggressi sunt discipulos Christi, qui eum a tergo sequebantur, qui fugientes ceciderunt humi.*" Plane haec versio valde mendosa esse videtur, certissime enim, non discipuli Christi humi ceciderunt; sed Romana Cohors Apparitoresque Judaeorum, qui Salvatoris numine perculsi, terram petebant.

9.—Ὅπως.

" Act. III, 19. Ὅπως ἂν ἔλθωσι καιροὶ ἀναψύξεως, *Cum*, seu *postquam venerint tempora recreationis.*" Fieri non potest, ut haec sententia ita reddenda sit; neque verum est, quod dicit noster, nempe, ' ponitur ὅπως ἂν pro ἐπείδαν, quam significatio-' nem, ex Herodoto et Sophocle, Beza ad hunc locum confirma-' vit, quibus sumendus Homer. Iliad. μ'. 208. Odyss. γ'. 373. ' δ'. 109. χ'. 22.' Sedule monendus est noster lector eruditus, quod formula ὅπως ἂν, in ullo locorum supra citatorum, non sit reperienda; et auctor noster, tantum nimium confisus Bezae af-

firmanti se loca reperisse, quae nunquam extiterunt, a suo tramite longe erravit. Ad fidem faciendam iis quae nunc attulimus, loca jam citata a doctis viris proferemus. Iliad. μ'. 208.

Τρῶες δ' ἐρρίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν
Κείμενον ἐν μεσσοίσι, Διὸς τέρας Αἰγιόχοιο.

'*Trojani vero cohorruerunt*, UT *viderunt serpentem maculosum.*' Nunc sane, ubi est ὅπως ἄν? Odyss. γ'. 373.

Θαύμαζεν δ' ὁ γεραιὸς, ὅπως ἴδεν ὀφθαλμοῖσιν.

'*Admirabatur Senex*, UT *vidit oculis.*' Formula ὅπως ἄν adhue deest. Atque, si adfuisset, vertendum erat, *ut viderent*, quod neuter locorum ferre potuisset. Vide reliqua loca, quam foede tractata. Ὅπως ἄν nunquam poni potest pro ἐπείδαν; neque hanc significationem confirmavit Beza, qui disserit ita, ' ὅπως ἂν ' ἔλθωσι, hic locus a plurimis interpretibus, mirum est, quam ' varie sit explicatus. Vetus enim interpres convertit *ut quum* ' *venerint*, id est ὅπως ἄν, non ὅπως ὅτε, ut tradidit Erasmus. Ire- ' naei interpres, *et veniant*, καὶ ἔλθωσι. Erasmus anantapodaton ' esse putat, aut ὅπως ἄν poni pro *utcunque*. Atque ὅπως ἄν ni- ' hil aliud declarat quam ἐπείδαν, id est, *postquam*, quod idoneo- ' rum scriptorum auctoritate facile potest confirmari. Sic enim ' Herodotus in Clio, ὅπως μὲν εἴη ἐν τῇ γῇ κάρπος ἄδρος, τηνικαῦτα ' εἰσέβαλε τὴν στρατιάν. Idem, Thalia, ὅπως δὲ ἴδοιτο Κλεομένης τὰ ' ποτήρια ἀποθαύμαζε. Sophoclis Tyrannus, ὅπως γὰρ ὀργῇ χρωμένη ' παύσηλθ' ἔσω.' Ex omnibus quibus apparet, Bezam deceptum falsis imaginibus, se videre dixisse, quod nunquam vidisset: Igitur, locus laudatus verti debet, *ut tempora recreationis venire possint.* In significatione huic simili sumendus omnino ille locus Matth. VI, 5. ὅπως ἂν φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις, *ut hominibus apparere possint.* Nec non Platonis Phaedone, ὅπως ἄν σοι φίλον ᾖ, *ut tibi placere possit.* Demosthen. εἰ πάνυ πολὺν, ἔφη, χρόνον

ἐσκοπεῖ Φιλοκράτης ὅπως ἂν ἀρίστῳ ἐναντιωθείη τῇ εἰρηνῇ. Idem, αὐτὸς σοὶ ξυμπροθυμήσομαι δείξαι, ὅπως ἄν με διδάξῃς περὶ τοῦ ὁσίου.

10.—ῬΆΚΟΣ.

"Matth. IX, 16. οὐδεὶς ἐπιβάλλει ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ, αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἱματίου, χεῖρον σχίσμα γίνεται, *Nemo vero assuit panni rudis assumentum panno veteri.*" Hactenus noster; sed nequaquam possit, vel hunc esse sensum Evangelistae, vel quem interpretes Anglicani reddiderunt: Nam quid stultius esse possit, quam affirmare, quod nemo suum vestimentum detritum sarciat panno novo, quod factum quotidie et omnibus notum est, liquet igitur Christum minime voluisse aliquid tale de sua parabola intelligendum. Nunc, Deo volente, nos accingamus, primum ad ellipses supplendas, deinde sensum loci dandum. Sic suo ordine stabit: δὲ οὐδεὶς ἐπιβάλλει, ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ, ἐπίβλημα ῥάκους (ἀφ' ἱματίου) ἀγνάφου, γὰρ τὸ πλήρωμα αὐτοῦ (τοῦ παλαιοῦ) αἴρει ἀπὸ τοῦ ἱματίου (ἀγνάφου) καὶ χεῖρον σχίσμα γίνεται (ἐν τῷ ἱματίῳ καινῷ). Anglice, *Nobody putteth upon an old garment a patch of a piece of cloth cut out of a new one, for the filling up of the old garment taketh away from the new; and a worse rent is made in the new than in the old.* Marcus sic habet, II, 21. Καὶ οὐδεὶς ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου ἐπιῤῥάπτει ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· εἰ δὲ μὴ, αἴρει τὸ πλήρωμα αὐτοῦ, τὸ καίνον, τοῦ παλαιοῦ, καὶ χεῖρον σχίσμα γίνεται. Ordo, καὶ οὐδεὶς ἐπιῤῥάπτει ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ, ἐπίβλημα ῥακοῦς (ἀφ' ἱματίου) ἀγνάφου, εἰ δὲ μὴ, τὸ πλήρωμα τοῦ παλαίου αὐτοῦ αἴρει τὸ καίνον, καὶ χεῖρον σχίσμα γίνεται (ἐν τῷ καινῷ, ἢ ἐν τῷ παλαιῷ). Quae Anglice vertas, *And no man seweth upon an old garment a patch of a piece of cloth cut out of a new garment, but if he should do so,*

the filling up of the old garment itself destroyeth the new, and a worse rent is made in the new than in the old. Ad has versiones confirmandas, nos Lucam proferemus, qui Matthaeum et Marcum, suo Evangelio feliciter interpretatus est; simulque figmenta criticorum omnia penitus obruit. Luc. V, 36. Ἔλεγε δὲ καὶ παραβολὴν πρὸς αὐτοὺς, ὅτι οὐδεὶς ἐπίβλημα ἱματίου καινοῦ ἐπιβάλλει ἐπὶ ἱμάτιον παλαιὸν, εἰ δὲ μὴ γε, καὶ τὸ καινὸν σχίζει, καὶ τῷ παλαιῷ οὐ συμφωνεῖ ἐπίβλημα τὸ ἀπὸ τοῦ καινοῦ. Ordo se ita habebit, ὅτι οὐδεὶς ἐπιβάλλει ἐπὶ ἱμάτιον παλαιὸν, ἐπίβλημα (ῥάκους ἀπὸ) ἱματίου καινοῦ, εἰ δὲ μὴ γε, καὶ σχίζει τὸ καινὸν, καὶ ἐπίβλημα τὸ ἀπὸ τοῦ καινοῦ οὐ συμφωνεῖ τῷ παλαιῷ. Quae in vernaculum, sic, sine fraude vertamus, *that no one putteth upon an old garment a patch of a piece of cloth cut out of a new garment; but should he do so indeed, he both rendeth the new, and a patch which is from the new garment suiteth not with the old.* Quae Beza, quae Budaeus, quae Erasmus, caeterique criticorum de hoc loco disseruerunt, inserere supervacaneum esse omnino ducimus. Nobis quidem jamdudum persuasum est, Salvatorem generis humani, occasionem Judaeis ostendendi hic loci arripere, morem ipsorum Dei colendi, jam jam lapsurum, nunquam resurgere: per vestemque veterem et detritam, sine dubio significari totum illum ritualem cultum Judaeorum, jam labentem et nunquam restaurandum, de quo loquitur Apostolus ad Hebraeos, IX, 9. Ἥτις παραβολὴ εἰς τὸν καιρὸν, τὸν ἐνεστηκότα, καθ' ὃν δῶρά τε καὶ θυσίαι προσφέρονται, μὴ δυνάμεναι κατὰ συνείδησιν τελειῶσαι τὸν λατρεύοντα, μόνον ἐπὶ βρώμασι, καὶ πόμασι, καὶ διαφόροις βαπτισμοῖς, καὶ δικαιώμασι σαρκὸς μέχρι καιροῦ διορθώσεως, ἐπικείμενα. Per vestimentum novum, significari *illum purum et spiritualem cultum mox instituendum a Christo ipso, et divulgandum omnibus ab Apostolis ejus successoribusque eorum, et nunquam abrogandum;* de quo Christus ipse loquitur ad mulierem Samariae apud puteum, Joann. IV, 23. 24. Ἀλλ'

ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστὶ, ὅτε οἱ ἀληθίνοι προσκυνηταὶ προσκυνήσουσι τῷ Πατρὶ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ· καὶ γὰρ ὁ Πατὴρ τοιούτους ζητεῖ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτόν. Πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. Si hoc sensu locus ille sumendus, Divino calamo est omnino dignissimus, nostroque.

II.—ΤΕΚΝΟΓΟΝΙΑ.

1 Tim. II, 15. Σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει, καὶ ἀγάπῃ, καὶ ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης. Versio Anglicana: 'Notwithstanding she shall be saved in child-bearing, if they conti-'nue in faith and charity, and holiness with sobriety.' Quae certe absurdissima sunt. Ita vertit Beza: 'Servabitur tamen liberos 'gignendo, si manserint IPSAE in fide et charitate et sanctimo-'nia cum moderatione.' Tum in notis addit, 'Cur autem ad 'pluralem numerum repente transiret Apostolus, haec causa 'fuit, quod in genere disserat de omnium uxorum Christiana-'rum officio, collective posito γυναικὸς nomine, propterea relati-'vum (ipsae) perspicuitatis causa exprimendum putavi.' Quae quidem praecedentibus nihilo saniora videntur: sed omnium interpretum et criticorum, quam nos unquam vidimus, nostro judicio (si tanti sit) versio Wakefield, longe est optima. De quo versu et praecedente, ille vir doctus ita disserit: 'Ad-'huc restat locus, qui interpretum conatus egregie elusit; nam 'omnes, quas in eum contulerunt, curae non videntur esse in-'terpretum theologorum, sed somniantium. At fortasse cona-'tus nostri non magis aliis arridebunt, quam nobis aliorum. 'Dominatur enim vel maxime in hac arte critices caecus amor 'sui.' Καὶ Ἀδὰμ οὐκ ἠπατήθη, ἡ δὲ γυνὴ ἀπατηθεῖσα, ἐν παραβάσει γέγονε· Σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ καὶ

ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης. 'Quos versus ita vertendos esse judi-
'camus: *Adamus enim primus formatus est, deinde Eva; et*
'*Adamus non deceptus fuit, ipse autem,* MULIERE DECEPTA, *pec-*
'*cator evasit; (in peccatum incidit,* nos diceremus—*was in-*
'*volved in the transgression,)—servabitur autem* (nempe *Adamus*
'de quo Paulus haec loquitur) *in liberis, vel per liberos,* (i. e.
'*per omnes ejus posteros*—i. e. *posteri ejus servabuntur quamvis*
'*pater eorum peccaverit) si perdurabunt in fide et amore et*
'*sanctimonia cum sobrietate.*' Quae Anglice vertas, *For Adam was first formed, then Eve; and Adam was not deceived; but his wife being deceived, he involved himself in the transgression: nevertheless he shall be saved in his posterity,* i. e. *his posterity shall be saved, if they continue in faith and love and holiness with sobriety.* Vide Sylv. Crit. part. secund. pag. 125.

12.—ΥΙΟΣ.

Formula ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ubi ad humani generis Salvatorem refertur, proprie significat, reddique debet, non *filius Mariae,* ut noster habet, (cf. ἄνθρωπος,) sed *filius humanae naturae,* κατ' ἐξοχήν, quasi Anglice dicas, *the Son of the human nature.* Atque sub hoc sensu ἄνθρωπος, et κατ' ἐξοχήν, ὁ ἄνθρωπος saepe reperitur, non solum in Sacris Literis, sed etiam in Scriptoribus Graecis, ut videre licet locis sequentibus, Deut. VIII, 3. ὅτι οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ, &c. *Quia non pane solo sustineri potest humana natura;* Anglice, *Because the human nature cannot be supported by bread alone.* Matth. IV, 4. οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, Anglice, *Human nature cannot live on bread alone.* Luc. IV, 4. ὅτι οὐκ ἄρτῳ μόνῳ ζήσιται ὁ ἄνθρωπος, Anglice, *The human nature cannot live on bread alone.* Sapient. XVI, 26.

ἵνα μάθωσιν οἱ υἱοὶ σοῦ οὓς ἠγάπησας, Κύριε, ὅτι οὐχ αἱ γενέσεις τῶν καρπῶν τρέφουσιν ἄνθρωπον, Anglice, *That the produce of the fruits of the earth is not the sole support of human nature.* Cyropaed. Lib. VIII. ἡ δὲ τοῦ ἀνθρώπου ψύχη τότε δή που θειοτάτη καταφαίνεται, Anglice, *And the Soul of the human nature appears then indeed most like the Deity,* (morte *sc.*). Ibid. διαλυομένου ἀνθρώπου, Cicerone vertente, *quum hominis natura,* i. e. *humana natura, morte dissolvitur.* Vide Stephani Thesaur.—Memorabil. I, 4. οὐ τοίνυν μόνον ἤρκεσε τῷ Θεῷ τοῦ σώματος ἐπιμεληθῆναι, ἀλλ' (ὅπερ μέγιστον ἐστὶ) καὶ τὴν ψύχην κρατίστην τῷ ἀνθρώπῳ ἐνέφυσε, *Neque tamen satis hoc Deo fuit, ut corporis curam haberet, sed* (*quod est maximum*) *etiam praestantissimam animam hominis naturae,* i. e. *humanae naturae, dedit.* Quod Anglice vertas, *He hath also given a Soul of superlative excellence to the human nature.* Nec solennis haec formula loquendi Graecis solum, sed etiam Latinis; sic Horatius, Sat. I, 1. 73.

'Nescis quo valeat Nummus, quem praebeat usum?
'Panis ematur, olus, Vini Sextarius; adde
'Queis *humana* sibi doleat *natura* negatis.'

'Verum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis
'Offendar maculis, quas aut incuria fudit
'Aut *humana* parum cavit *natura.*'

Idem de Arte Poët. 351.

Denique, ut studiosi exemplorum praecedentium similiumque, perscrutandi penitusque cognoscendi poëtarum veterum figuras, sed maxime Sacrorum Scriptorum, cupidine incendantur; pauca exempla e multis proferemus, ex Graecis Latinisque Scriptoribus, in queis interpretes criticique summi nominis, figuris

Ellipsi, Apostrophe Aposiopesique neglectis (vel potius ignoratis), maxime deliquere. Nobis non alienum pauca, ex praefatione Jo. Fr. Leisneri ad editionem septimam Lamberti Bos de Ellipsi Linguae Graecae, subjungere videtur. Sic ille vir doctus: ‘ Sed quam facile Ellipsios ignoratio seducere possit, ‘ ut locos Auctorum, qui nullo vitio laborant, mutilos esse vel ‘ depravatos credamus, suo exemplo doctissimus et ἑλληνικώτατος Küsterus docet ad Aristoph. Plut. 468. qui, cum de σχήματι ‘ illo ἀνανταποδότῳ, de quo etiam Bos suo loco agit, exposuisset, ‘ subjungit haec; *caeterum Ellipsis haec eo magis notanda est, ‘ quod, qui eam ignorant, facile existimare possint, ἀπόδοσιν illam ‘ incuria librariorum apud Scriptores forte omissam esse; quod ‘ ipsum me aliquando per errorem putasse, non diffitebor.* Quemadmodum autem ellipsium ignoratio malas interpretationes ‘ et emendationes nonnunquam peperit: ita contra, observationi ‘ ellipsium saepe id debuisse viros doctos animadvertimus, ut locos corruptos felicissime restituerent.’

DE ELLIPSI.

NUNC, ut verba docti illius viri confirmemus, locum sequentem Homeri Iliados subjungere volumus; quem, nemo interpretum vel criticorum, quantum nos scimus, quidem intellexisse videtur. Quum Agamemnonis praecones Talthybius Eurybatesque ad tentorium Pelidae Achillis Briseida abducere pervenissent; tunc stomachatus Achilles ora indignantia solvit, verbis sequentibus:

Ἀλλ' ἄγε, διογενὲς Πατρόκλεις, ἔξαγε κούρην,
Καὶ σφῶϊν δὸς ἄγειν· τὼ δ' αὐτὼ μάρτυροι ἔστων
Πρός τε Θεῶν μακάρων, πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων,
Καὶ πρὸς τοῦ βασιλῆος ἀπηνέος.—Iliad. α'. 337.

Quae, summus ille vir supra citatus, Samuel Clarke, Ellipsi neglecta vel ignorata, misere vertit, sic: '*Verum age, generose* '*Patrocle, educ puellam, et ipsis trade, ut abducant: ipsi autem* '*testes sint coram Diis beatis, coramque mortalibus hominibus, et* '*coram Rege immiti.*' Coram Rege Agamemnone testes esse non potuissent, quia tota haec res gerebatur apud tentorium Achillis, coram praeconibus, Patroclo, caeterisque, sed longe a rege (ut videre licet, ver. 324 et 325.) qui misisset suos servos ut supra. Praeterea juravit Achilles jusjurandum magnum, immo

jusjurandum maximum, se nunquam Agamemnoni postea auxiliatum iri. Quibus observatis, nunc videamus, si illi versioni docti viri, Ellipsi supplendo, mederi poterimus.

——τὼ δ' αὐτὼ μάρτυροι ἔστων·
(ὄμνυμι) πρός τε Θεῶν μακάρων, πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων,
καὶ πρὸς τοῦ βασιλῆος ἀπηνέος. Quae Anglice vertas, *Let these two men be witnesses, (I swear) both by the blessed gods, and by mortal men, and by the merciless Pluto, king of the infernal regions, if ever Agamemnon shall stand in need of me, to ward off destruction from the rest, (he shall ask in vain).* In versu 234. juravit ὅρκον μέγαν, sed hic, ὅρκον μέγιστον, bene aptum tempori locoque, et personae jurantis; climax quoque omnium sui generis longe pulcherrima.

2*do.* Xen. Cyr. VI. Panthea uxor Abradatae marito se ad bellum paranti arma donat, quae ex suo ornatu clam ipsa confecerit. Quibus conspectis, dixit maritus, Σὺ δή που, ὦ γύναι, συγκόψασα τὸν σαυτῆς κόσμον, τὰ ὅπλα μοι ἐποιήσω; Uxor respondit, Μὰ Δί' (ἔφη ἡ Πάνθεια) τόν γε πλείστου ἄξιον. Hic sicut ante, Ellipsi neglecta, vel ignorata, interpretes omnes in errorem non minimum induxit. Franciscus Philelphus locum laudatum tali modo vertit: '*Per* '*Jovem, inquit Panthea, haudquaquam illo multi faciendo.*' Leunclavius ita: '*Non profecto, mundo illo, qui mihi maximi* '*pretii est.*' Hutchinsonus: '*Non profecto, ait Panthea, ornamento illo quod maximi pretii est.*' Ille vir celeberrimus G. J. Huntingford, S. T. P. suo libro, cui titulus, *An Introduction to the Writing of Greek*, pag. 249. '*What, my wife, have you* '*made these arms for me, by cutting to pieces your own ornaments? No truly, said Panthea, (I have not cut to pieces) that which is worth most.*' Hi omnes denegare videntur, suum orna-

Aeneid. Lib. I. 460. — Videt Iliacos ex ordine

Bellaque jam fama totum vulgata per orbem

Atridas, Priamumque & saevum [illegible]

quae sententia critica, multa saecula plurimum

torsit. ———

Πρὸς τε θεῶν μακάρων, πρὸς τε θνητῶν ἀνθρώπων. κ. τ. λ.

De quibus versibus doctus Vir, jam antea

citatus & castigatus, nuper ita coepit dissentire

Duplex locum habet interpretatio, ut pote

irati hominis, possunt junge illis τὼ

δ' αὐτὼ κάρτυροι ἔστων — καὶ πρὸς τοὺς

βασιλῆος ἀπηνέος, εἴ ποτε δ' αὖτε &c. —

quando me opus fuerit — scilicet me opem nulla

laturum (quod mollius foret εἰ δὲ ποτ' αὖτε)

nec placet sententiae

tum conscidisse Pantheam, quod illa non vult abnuere, quamvis dixisset Μὰ Δί'; quodque si non fecerat, auctor seipsum refellat, quia dixerat ante, ἡ δὲ Πάνθεια, ἡ γυνὴ αὐτοῦ, ἐκ τῶν ἑαυτῆς χρημάτων, χρυσοῦν τε αὐτῷ θώρακα ἐποιήσατο, καὶ χρυσοῦν κράνος, ὡσαύτως δὲ καὶ περιδραχιόνια. Sed qua de causa, hi interpretes poterant vertere τόν γε πλείστου ἄξιον, per 'illo multi faciendo;' per 'mundo illo qui mihi maximi pretii est,' &c. haud facile esset divinare. Nunc tamen ellipsin invenire experiamur. Σὺ δή που, ὦ γύναι, συγκόψασα τὸν σαυτῆς κόσμον, τὰ ὅπλα μοι ἐποιήσω;—(συγκόψασα τὸν κόσμον) Μὰ Δί', ἔφη ἡ Πάνθεια, τόν γε πλείστου ἄξιον (ἐποιησάμην). Anglice, *Have you then, my dear wife, broken down your jewels to make these arms for me? (broken down my jewels!) said Panthea, no truly (I have now made) them of the greatest value, (I have now applied) them to their highest use.* Nunc aspice, Lector erudite, inter συγκόψασα τὸν σαυτῆς κόσμον et τόν γε πλείστου ἄξιον (ἐποιησάμην) Antithesin mirandam, indignam minime auctoris ingenio.

3tio. Xen. Anab. I, 2. 21. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἦκεν ἄγγελος λέγων, ὅτι λελοιπὼς εἴη Συέννεσις τὰ ἄκρα, ἔπει ἤσθετο τό, τε Μένωνος στράτευμα, ὅτι ἐν Κιλίκιᾳ εἴη εἴσω τῶν ὀρέων, καὶ ὅτι τριήρεις ἥκουε περιπλεούσας ἀπὸ Ἰωνίας εἰς Κιλικίαν Ταμιὼν ἔχοντα, τὰς Λακεδαιμονίων καὶ αὐτοῦ Κύρου. Glossam viri celeberrimi nuper defuncti, in locum supra desumptum ex Anabasi, in suo libro multis perutili linguae Graecae studiosis, cui titulus, COLLECTANEA GRAEC. MAJ. t. I, p. 92. praecedenti adjungere lubet. Ubi ille vir doctus, Ellipsi spreta, filo Ariadnes, se accingit ad locum illustrandum, ἔπει ἤσθετο τό, τε Μένωνος στράτευμα ὅτι.] 'Notanda est hic constructio conjunctionis ὅτι. In secundo hujus periodi membro ordo est, ἔπει ἤσθετο 'τό, τε στράτευμα Μένωνος ὅτι εἴη ἐν Κιλικίᾳ, κ. τ. λ. *postquam animadvertisset copias Menonis quod essent*, i. e. *copias Menonis esse.*

'Nam στράτευμα est in accusativo casu; et familiaris est hujusmodi 'Graecis auctoribus constructio; saepe autem apud Scriptores 'Atticos αἰσθάνομαι, ἀκούω, aliaque verba sensus accusativum ad- 'sciscunt: attamen in membro postremo, paulo est difficilior 'ejusdem conjunctionis Syntaxis, καὶ ὅτι τριήρεις ἤκουε περιπλεούσας 'ἀπὸ Ἰωνίας εἰς Κιλικίαν Ταμὼν ἔχοντα, τὰς Λακεδαιμονίων καὶ αὐτοῦ 'Κύρου, i. e. ἤκουε τὰς τριήρεις Λακεδαιμονίων καὶ αὐτοῦ Κύρου, ὅτι πε- 'ριπλεούσαι εἰήσαν ἀπὸ Ἰωνίας εἰς Κιλικίαν, Ταμὼ αὐτὰς ἔχοντος.' 'Ac- 'audisset triremes Lacedaemoniorum et ipsius Cyri (quod circum- 'navigarent) circumnavigavisse ex Ionia in Ciliciam, duce Ta- 'mone.' ἤκουε τὰς τριήρεις Λακεδαιμονίων, κ. τ. λ. Quam aures acutas habuisse videtur Syennesis, quae possent haurire navium sonum tam procul ὕγρον ὕδωρ secantium!!!

Primum observandum, ut, quamvis locus alicujus auctoris difficilior, vel difficillimus sit, canones critici non sinant, nominis aut verbi ullam immutationem fieri (nisi mendosus repertus), vel redigendo in ordinem constructionis, vel dando sensum auctoris; sed tantum ellipses supplere, et verba in ordine Syntaxios disponere: mutatio alia omnino prohibenda; quia immutare sententiam est scriptorem damnare. Nunc in loco laudato στράτευμα non est accusativus, sed nominativus verbi εἴη; nec, quanquam esset accusativus, gubernari posset, nisi a praepositione κατὰ subintellecta, nisi forte credere malis *Syennesim* naves freta audîsse secantes!! Neque gubernatur τὸ τριήρεις ab ἤκουε; nec ab eo gubernari possit, sed ab ἔχοντα. Neque ὅτι torquenda ad εἰήσαν, neque τὸ εἰήσαν fingendum est; quia nec opus est, nec canones critici sinunt. Neque sinunt ἔχοντα et Ταμὼν immutari in ἔχοντος et Ταμώνος. Tota sententia versa est in chaos constructionis; igitur, dispone et construe ut infra, Τῇ ὑστεραίᾳ, ἧκεν ἄγγελος λέγων, ὅτι λελοιπὼς εἴη Συέννεσις τὰ ἄκρα, ἔπει ἤσθετο ὅτι τὸ στράτευμα Μένωνος εἴη ἐν Κιλικίᾳ, τε εἴσω τῶν ὀρέων, καὶ

ἤκουε ὅτι (λεχθείη) Ταμὼν ἔχοντα τὰς τριήρεις Λακεδαιμονίων καὶ Κύρου αὐτοῦ, περιπλεούσας ἀπὸ Ἰωνίας εἰς Κιλικίαν. Quae Anglice reddas, *The next day a messenger came to tell him, that Syennesis had abandoned the heights, after he understood that the army of Menon was in Cilicia, even within the mountains; and heard also how it was reported, that Tamon had the command of the gallies of the Lacedemonians and of Cyrus himself, which were sailing round from Ionia into Cilicia.*

4*to.* Euripidis Medea, 34.

Ἔγνωκε δ' ἡ τάλαινα συμφορᾶς ὑπὸ,
Οἷον πατρῴας μὴ 'πολείπεσθαι χθόνος.

Quale sit, non deserere terram patriam. Sic habet vulgata.

Quam versionem, si versio dici debet, lubentes confitemur nos omnino nescire; namque certissime, auctor nunquam voluit aliquid tam absurdum ex his verbis supra allatis, significari. Sine dubio, versus est ellipticus. Tentemus igitur, ellipsios ope, ad sensum pervenire Scriptoris.

Sic igitur dispone, δὲ ἡ τάλαινα, ὑπὸ συμφορᾶς, ἔγνωκε μὴ (δεῖν) ἀπολείπεσθαι πατρῴας χθόνος (κατὰ τοίον τρόπον) οἷον (ἀπελείψατο). Quae Anglice vertas, *The unfortunate woman, under the pressure of her misfortunes, is now sensible that she ought not to have abandoned her native country, in the manner* (*she did*). Nempe, quia patrem prodidit, patriam spoliavit (aureo vellere) fratremque occidit, καὶ γαῖαν, οἴκους θ' οὓς προδοῦσ' ἀφίκετο μετ' ἄνδρος. 32. Quem malim vertere *et terram et aedes, quibus proditis;* quam *quibus relictis*, ut vulgata habet. Vide etiam, Ὦ πάτερ, ὦ πόλις, ὧν ἀπενάσθην αἰσχρῶς, τὸν ἐμὸν κτείνασα κάσιν. 168. Ζηλῶ σ' ἐν ἀρχῇ πῆμα κοὐδέπω μέσοι. Euripidis Medea, 59. Laudo te: malum inchoatum, nondum est in medio. Sic vulgata. Sed quid sibi voluisset Euripides dicendo, vel adducendo nutri-

eem dicentem paedagogo? laudo te. De hoc loco citato, Scholiastes conjecturas fecit duas, haudquaquam felicissimas, nec quae proficiscuntur ex Antro Euboïcae Rupis. ζηλῶ σε.] μακάριος εἶ τοιαύτην διανοίαν ἔχων. Ἀλλώς· θαυμάζω σε, πὼς οὐκ ἔγνωκας. Vide Valk. ad Euripidem. Quid esse potest stultius, quam hae duae, tam absurdae, quam contrariae rationique repugnantes? Ellipsin tentemus, ζηλῶ σε, (δαιμόνιε) ἐν ἀρχῇ πῆμα, κοὐδέπω μεσοῖ, Anglice, *Bless you, sir! her misery is only in its first stage, and by no means in its* acmé.

5*to*. Eurip. Med. 85. Τίς δ' οὐχὶ θνητῶν.

Quis vero mortalium, jam non novit hoc? Sic vulgata.

Omnes interpretes atque critici, quos quidem nos vidimus, in vestigando sensum hujusce loci, gravissime errarunt. Constituemus totum locum coram Lectoribus nostris eruditis.

Τ. Ὦ τέκν', ἀκούεθ' οἷος εἰς ὑμᾶς πατὴρ;
Ὤλοιτο μὲν μή, δεσπότης γὰρ ἔστ' ἐμὸς,
Αὐτὰρ κακός γ' ὢν εἰς φίλους ἀλίσκεται.
Π. Τίς δ' οὐχὶ θνητῶν; ἄρτι γινώσκεις τόδε;
Ὡς πᾶς τὶς αὑτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ,
Οἱ μὲν δικαίως, οἱ δὲ κέρδους χάριν.
Εἰ τοὐσδε γ' εὐνῆς οὕνεκ' οὐ στέργει πατήρ;

De conjecturis, interpretationibus, glossis, emendationibusque in hos versus, plurimorum criticorum antiquorum, hodiernorumque, operae pretium non erit referre: de nonnullis quorum, vide Collectanea Graeca Majora, tom. II. in locum. Nunc autem nos experiamur, si quid facere possumus, quoniam non omnia possumus omnes.—Et hoc faciamus adhibentes filum Ariadnes ad ambages resolvendas Labyrinthi illius τίς δ' οὐχὶ

[illegible]

&c. Sufficiat tantum eorum nonnulla citare ex Coll. Gr. Maj.

Come it is true, in many cases justly enough

ad quae verba haec referantur? estne himself? vel neighbour? nunc quidem confiteri cogemur hanc esse solam atque unicam ἀνακολούθιαν, quam nos unquam deprendere potuimus in ullis scriptis doctorum vel antiquorum, vel hodiernorum; & memoriae gesta condatur apud posteros certe oportet.

'Sensum recte vidit vir magnus Hugo Grotius, in quo locum ita reddidit.' Cave cave, vir doctissime

Hunc verbo memineris.

Qualem commendes, etiam atque etiam aspice [illegible]

Incutiant aliena tibi peccata pudorem.

θνητῶν; in errore cujus irremediabili Critici quamplurimi perierunt.

Τρο. Ὦ τέκν', ἀκούεθ' οἷος εἰς ὑμᾶς πατὴρ;
Ὅλοιτο μὲν μὴ, δεσπότης γὰρ ἐστ' ἐμὸς,
Ἀτὰρ κακός γ' ὢν εἰς φίλους ἁλίσκεται.
Παι. Τίς δ' οὐχὶ θνητῶν (ἁλίσκεται κακός τι γε;) ἄρτι γιγνώσκεις τοδί;
Ὡς πᾶς τὶς φίλει ἑαυτὸν μᾶλλον τοῦ πέλας,
Οἱ μὲν δικαίως (φιλοῦσι) τὸν πέλας, οἱ δὲ κέρδους χάριν, (φιλοῦσι)
(Τί οὖν θαυμαστὸν) εἰ πατὴρ οὐ στέργει τούσδε, οὕνεκα εὐνῆσγε;

N. *Anglice.*—My dear children, do you hear how your father is affected towards you? Nevertheless, I wish no mischief to befal him, for he is my master; but he is found deficient in point of duty to his friends.

P. And what one of mortals (is not so in some respects?) —*This* you surely know from experience, that every one loves himself more than his neighbour; some indeed love their neighbour from noble motives, others only to promote some base end: What wonder then, if a father divests himself of his paternal affection for these, especially when it stands in competition with the marriage-bed of a Princess Royal?

Quam paene vidit, etsi non sensisse videtur hanc sententiam, ille vir eximius Ricardus Porsonus, quum dixerit de versu 86. ὡς πᾶς τις αὐτὸν τοῦ πέλας μάλλον φιλεῖ, 'mihi videtur sententiam prioris versus quodammodo mollire Euripides.' Sane ver-

sus 86. ὡς πᾶς τις, κ. τ. λ. mollire videtur τίς δ' οὐχὶ θνητῶν; quoque τίς δ' οὐχὶ θνητῶν; mollire videtur κακός γ' ὢν ἁλιτκέται εἰς φίλους· item κακός γ' ὢν ἁλίσκεται εἰς φίλους *mire extenuare, mollireque videtur Jasonis culpam.* Climax certissime, suo genere, haud minimum miranda. Porro, e τίς δ' οὐχὶ θνητῶν, Demosthenes de Corona videtur

Μηδὲν ἁμάρτειν, ἐστὶ θεῶν, sumpsisse. De eodem fonte bibisse videtur Horatius,

Nam vitiis nemo sine nascitur; optimus ille, qui minimis urgetur—

6*to*. Euripidis Medea, 223.

Κορίνθιαι γυναῖκες ἐξῆλθον δόμων
Μὴ μοὶ τὶ μέμφησθ'· οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν
Σέμνους γεγῶτας, τοὺς μὲν ὀμμάτων ἀπὸ,
Τοὺς δ' ἐν θυραίσι· οἵδ', ἀφ' ἡσύχου ποδὸς,
Δύσκλειαν ἐκτήσαντο, καὶ ῥαθυμίαν.
Δίκη γὰρ οὐκ ἔνεστ' ἐν ὀφθαλμοῖς βροτῶν,
Ὅστις, πρὶν ἀνδρὸς σπλάγχνον ἐκμαθεῖν σάφως,
Στυγεῖ δεδορκὼς, οὐδὲν ἠδικήμενος.

Qui versus, quanquam minime difficillimi, ingenia Criticorum ad mirum modum perturbarunt. De quibus, vide Collectanea Graeca Majora, vol. II. in notas. Neque satis possumus mirari, doctum Auctorem, librum suum utilissimum, tali farragine voluisse farcire.

Criticus hodiernus, valde temerarius, et, procul dubio, magis audax quam sagax, de his versibus, sui generis elegantissimis, et loco et tempore certe aptissimis, omnemque immutationem prorsus abhorrentibus, sic dicit, ‘ Sine scrupulo resolvi οἵ δ'

Quam vere dixit ille summus Orator in
sua oratione, pro M. Marcello.
Nunquam temeritas cum sapientia
commiscetur, nec in consilium casu
admittitur.

'ἀφ' ἡσύχου ποδὸς—ἐκτήσαντο, quae per se est integra sententia, in 'τοὺς δ'—κτησαμένους· quia, ut notum, exempla hujusmodi ἀνα-'κολουθίας apud Graecos Scriptores, et apud Scriptores in omni 'lingua, praesertim in sententiis longiusculis, saepenumero oc-'currunt.'—Quid? mutare οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς ἐκτήσαντο quae *aures* Atticorum *tercles*, tamdiu, tamque bene delectarunt, in τοὺς δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς κτησαμένους quae etiam Attica Anicula reprehendisset, extremae dementiae atque temeritatis certissime est.

Videamus ergo, quid haec mutatio mirabilis efficere poterit:

——————οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν
Σέμνους γεγῶτας, τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο,
Τοὺς δ' ἐν θυραίοις, τοὺς δ' ἡσύχου ποδὸς,
Δύσκλειαν κτησαμένους, καὶ ῥαθυμίαν.

'Qui Bavium non odit, amet tua *carmina*, Maevi,
'Atque idem *jungat vulpes* et mulgeat hircos.'

De stoliditate autem eorum criticorum, qui in locis difficilioribus, sibi excogitarunt figuras *laudatas* ἀνακολούθιαν et ἀντιπτῶσιν, in nulla lingua quacunque occurrentes, suam ignorantiam occultare, jam satis dictum est. Dictum est etiam, ut Canones Critici non sinant, nominis vel verbi ullam immutationem fieri: vel redigendo in ordinem constructionis, vel dando sensum Auctoris. Liceat quoque observare, ut, οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς, non sit lectio Auctoris, sed οἵδ', κ. τ. λ. quo utuntur Attici pro οὗτοι: vide Vigerum, pag. 9. et hic positum sit, non διανεμητικῶς (distributive) ut somniat Criticus: sed ἐπιδεικτικῶς, quasi, οἵδε, Anglice, *these very men*. Namque, si esset οἱ δὲ, τὸ membrum prius sententiae deesset, scilicet οἱ μὲν quod fere habere solet;

atque reliqua id membrum componentia, quod non esse possit, quia sententia *bimembris,* non *trimembris* est. Nec sententiae Auctoris congruere posset, ὀμμάτων ἄπο significare exercituum et classium praefectos, aut qui legationes publicas agunt apud exteras gentes. Item observandum, ut, οἷδ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς referatur, tum ad ὀμμάτων ἄπο, tum ad τοῖς ἐν θυραίοις· et δύσκλειαν et ῥαθυμίαν, non regantur ab ἐκτήσαντο, sed praepositione suppressa. Omnia quae multo melius declarari possint loci resolutione Grammatica.

Κορίνθιαι γυναῖκες, ἔξηλθον δόμων,
Μή μοι τὶ μέμφησθ', οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν
Σέμνους γεγῶτας, τοὺς μὲν ἀπὸ (τῶν ὄντων πρὸ) ὀμμάτων,
Τοὺς δ' (ἀπὸ τῶν ὄντων) ἐν θυραίοις· οἷδ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς ἐκτήσαντο (ὄνομα κατὰ) δύσκλειαν καὶ (κατὰ) ῥαθυμίαν.
Δίκη γὰρ οὐκ ἐνεστὶ ἐν ὀφθαλμοῖς (οὐδενὶ) βροτῶν, ὅστις (εἴη ὃς) πρὶν (δυνήται) σαφῶς ἐκμάθειν σπλάγχνον, στύγει δεδορκὼς (κατὰ) οὐδὲν ἠδικήμενος.

Anglice.—Ladies of Corinth, I have now made my public appearance; attach no blame to me in any thing: for I have known many men of great merit, both citizens and foreigners, who have been branded with the epithets of obscure and indolent fellows, merely from the circumstance of leading philosophic and retired lives: for there is no justice in the eyes of any mortal, whoever he be, who, before he has been able to ascertain a man's private motives for leading such a life, hates him upon first sight, without having received the slightest injury from that individual.

Quam bene dicit, ille vir doctus supra citatus
Jo. Fr. Leisnerus, in suo praefatione, ad editionem
septimam Lambertii Bos de Ellipsi
Linguae Graecae. "Sed quam facile Ellipsis
ignoratio seducere possit, ut locos Auctorum
qui nullo vitio laborant mutilos esse
vel depravatos credamus." — & in eodem
loco. "Quam [illegible] autem Ellipsis
ignoratio malas interpretationes [illegible]
peperit: da contra observationi Ellipsis
saepe id debuisse viros doctos [illegible]
[illegible]

Hanc versionem confirmare videntur versus sequentes:

Χρὴ δὲ ξένον μὲν κάρτα προσχωρεῖν πόλει, 224.
Οὐδ' ἀστὸν ἥνες', ὅστις αὐθάδης γεγὼς,
Πικρὸς πολίταις ἐστὶν ἀμαθίας ὕπο. Ubi τὸ ξένον evidenter alludit ad τὸ ἐν Θυραίοις, et τὸ ἀστὸν ad τὸ ὀμμάτων ἄπο.

Ab his quoque confirmatur, uti jam observatum, sententiam bimembrem, non trimembrem esse.

7mo. Homeri Odyss. praesens auxilium amicae Ellipsios flagitat locus sequens:

Εὐρύμαχ', ἤτοι νόστος ἀπώλετο πατρὸς ἐμοῖο·
Οὔτ' οὖν ἀγγελίης ἔτι πείθομαι εἴποθεν ἔλθοι.—Α'. 414.

Vir eruditus ante memoratus, in suo libro, Graecae linguae studiosis perutili, cui titulus Coll. Graec. Majora, vol. II, pag. 16. ver. 414. notis, sic, ' ——ἀγγελίης.] Haec vox hic vulgo ' putatur esse dativus pluralis Ionice pro ἀγγελίαις; sed quia ' verbum ἔλθοι sequitur in singulari numero, quod constructio- ' nem efficit valde duram, mallem Eustathio adstipulari, qui le- ' gendum proponit ἀγγελίης in genitivo singulari, adeo ut rega- ' tur ab ὑπὸ subintellecta. Nam quod a Samuel Clarke filio ' observatur, verbum scilicet πείθομαι cum genitivo constructum ' apud poëtam nusquam occurri, id quidem minime ad rem esse ' videtur. Nam πείθομαι, in voce passiva significans *persuadeor*, ' necessario habet post se genitivum cum praepositione ὑπό.'— Non multum refert, utrum ἀγγελίης vel ἀγγελίῃ, vel ἀγγελίης genitivus in textum recipiatur, (quanquam ἀγγελίης longe sit optima,) quoniam non ab his sensus loci pendet, sed a persona τοῦ

ἔλθοι, quae quidem certissime referatur ad πατρὸς ἐρχομενοῖο, ver. 408. vel πατρὸς ἐμοῖο, vers. 413. aliter ‘ constructionem,’ (ut loquitur ipse vir doctus) ‘ efficit valde duram,’ imo durissimam, si non omnino absurdissimam certe efficeret: quod neque vir doctus supra memoratus, nec celeberrimus Samuel Clarke, nec Eustathius ipse omnino intellexisse videtur. Certe quoque, τὸ εἴποθεν conjungi oportet ad ἐρχομέναις suppressum, et nequaquam torquendum ad τὸ ἔλθοι. Itaque tali modo Ellipses supplere coneris, Poëtae haud dedecore, et aliquo sine numine laeso. Οὔτ' οὖν, ἀγγελίης (ἐρχομέναις) εἴποθεν, ἔτι πείθομαι (ὅπως) ἔλθοι (οἰκόνδε)· Anglice, *Nor do I any longer believe reports from whatever quarter* (*they come*), *that he shall come* (*home*). Quae versio quidem confirmatur a νόστος ἀπώλετο πατρὸς ἐμοῖο.

Suo. Euripidis Hecuba, 228.

Post eversam Trojam, Graeci solventes, in Chersonesum, quae est e regione Thraciae, appulerunt, ubi monumentum exstabat Achillis in Troja sepulti. Illic quum rerum ordinandarum gratia, aliquot dies egissent; jamque iterare navigationem appararent, Achillis umbra super tumulum visa, Graecos ne solverent prohibuit, postulans, ut sibi Polyxena, Priami filia, mactaretur, quam, ante pater aliquando, vivo despondisset. Itaque Graeci memores quam ille rem bellicam adjuvisset; statuentesque viri virtutem decorare, suffragiis decreverunt uti Polyxena, Priami filia, in ejus tumulo mactaretur. Datum est autem negotium Ulyssi, ut virginem deduceret, simulque vafritie facundiae suae, qua praeditus erat super alios, Hecubae matri persuaderet, ne id factum ferat impotentius.

Ulysses igitur in scenam inducitur, matrem maestissimam virginis alloquens verbis aptissimis personae loquentis, mireque adumbrantibus indolem illius viri, ‘ qui mores hominum multo-

Sed ἀντ' ἀποσπασθῇς, post δράσεον, vel δράσεις, usurpare
non ~~potuisset~~ potuit Poeta

rum vidit et urbes :' quae (verba) coram nostris lectoribus eruditis constituemus.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Γύναι, δοκῶ μέν σ' εἰδέναι γνώμην στρατοῦ,
ψῆφόν τε τὴν κραυθεῖσαν· ἀλλ' ὅμως φράσω.
Ἔδοξ' Ἀχαιοῖς παῖδα σὴν Πολυξένην
Σφάξαι πρὸς ὀρθὸν χῶμ' Ἀχιλλείου τάφου,
ἡμᾶς δὲ πομποὺς καὶ κομιστῆρας κόρης
τάσσουσιν εἶναι· θύματος δ' ἐπιστάτης,
ἱερεύς τε ἐπέστη τοῦδε παῖς Ἀχίλλεως.
Οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον; μήτ' ἀποσπασθῇς βίᾳ, 225.
μήτ' εἰς χερῶν ἅμιλλαν ἐξέλθῃς ἐμοί·
γίγνωσκε δ' ἀλκήν, καὶ παρουσίαν κακῶν
τῶν σῶν, σοφόν τοι κἀν κακοῖς, ἃ δεῖ, φρονεῖν.

Nunc, quod maxime mirandum de hoc loco videtur, est, quod versus 225. punctum interrogandi post δρᾶσον habet: quod certe absurdum est, quia post se tale punctum imperativus nequaquam admittere possit. ὃ δρᾶσον; *quid facies?* Versio sane mirabilis. De hoc versu, vir celeberrimus, et Graecae linguae doctissimus, Ricardus Porson, ita disseruit.

'Ver. 225. δράσεις Ald. et plerique MSS. sed Lib. P. codex 'Viteberg. apud Reisk. δρᾶσσον, levi errore pro δρᾶσον, quod 'confirmant Gregorius, p. 8. et Scholiastes, cujus haec verba 'sunt: οἱ Αττικοὶ χρῶνται τοῖς προστακτικοῖς ἀντὶ ὁριστικῶν. Μέναν-'δρος· Οἶσθ' ὅ, τι ποιήσον, ἀντὶ τοῦ ὅ, τι ποιήσεις. Τὸν αὐτὸν τρόπον 'καὶ Εὐριπίδης, οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον, ἀντὶ τοῦ δράσεις ἐξήνεγκεν.'

Nobis sane videtur, haec scripsisse non Scholiasten, sed σχολάστικον (*a simpleton*). Alius vir doctus, Auctor Coll. Graec. Major. in vol. II, p. 130. illius libri in notas, haec habet, So-

phocl. Oed. p. Tyran. οἶσθ' ὡς ποίησον; 543. 'Dedit Brunckius 'ποίησον pro vulgari ποίησων, secundum formulam poëtis Atticis 'familiarem. De qua videndus est vir doctus ad Aristoph. 'Aves, 54.' &c.—'Vide etiam Gisb. Koen. ad Gregor. de Dia-'lect. p. 8. qui inter alia plura hoc profert: Constructionis vere 'Atticae difficultas quae primo intuitu subesse videtur, evanes-'cet, si, οἶσθ' ὅ, τι ποίησον; οἶσθ' ὃ δρᾶσον; cum similibus perpaucis 'posita accipiantur pro ποίησον, δρᾶσον, οἶσθ' ὅ; *fac, scin' quid?*' Omnia quae merae ineptiae sunt, nec quidem digna refutari. F. Vigerus in suo libro de praecipuis Graecae dictionis Idiotismis, pag. 198. dicit, 'imperativo poëtae nonnunquam utuntur 'pro persona secunda futuri indicativi, ut Euripid. οἶσθ' οὖν ὃ 'δρᾶσον; pro δράσεις, id est, *scis ergo quid fac*, pro, *quid facturus 'sis?*' Quod aeque absurdum et falsum.

Idem ille vir dicit, 'et vice versa, secunda persona futuri 'Indicativi pro Imperativo usurpatur, ut Matth. XV, 21, οὐ φο-'νεύσεις, non occides, pro μὴ φόνευσον, ne occidito.' In hoc quidem ille vir doctus maxime fallitur, quia μὴ φόνευσον nequaquam par esse possit τῷ οὐ φονεύσεις. Namque futurum imperans vel minans multo majorem vim habet quam imperativus. Idcirco, qui dicit μὴ φόνευσον, tantum vult, vel tibi persuadet, ut non occidas, sine minis omnino; sed qui dicit, οὐ φονεύσεις, tibi minis ostendit, ut non, sine periculo summo, tuoque damno occidere possis: et haec vis imperitantis, vel minantis futuri, tantum est propria. Itaque, exempla collata satis larga manu ex Virgilio, a docto viro, in suo libro, p. 199. not. 82. ad rem nihil omnino pertinent, quia sunt tantum futuri *praedicentis*.

Omnibus hic erit unus honos. Tres praemia primi
Accipient, flavaque caput nectentur oliva.
Primus equum phaleris insignem victor habeto

nihil omnino pertinere poterunt
erit. accipiant. meetentur

Alter Amazoniam pharetram, plenamque sagittis
Threïciis; lato quam circumplectitur auro
Balteus, et tereti subnectit fibula gemma.
Tertius Argolica hac galea contentus abito, &c.
Aen. V, 308.

Quae ad Vigerum annotavit Hermannus, pag. 729. de Bentleio aliisque, quia videntur caeteris nihilo saniora, praeterimus. Nunc sicut ante dictum, punctum interrogandi post imperativum poni non possit, quia interrogare nequaquam modi imperitantis esse possit.

Dolum igitur hujus labyrinthi, ope ellipseos, aperire tentemus.

δρᾶσον οὖν τὸ πρᾶγμα κατὰ τὸ, ὃ οἶσθα, μήτε ἀποσπασθῆς βίᾳ,
μήτε εἰς χερῶν ἅμιλλαν ἐξελθῆς ἐμοί·
γίγνωσκε δ' ἀλκήν, καὶ παρουσίαν κακῶν τῶν σῶν, σοφὸν τοὶ ἔσται,
καὶ οὖσα ἐν κακοῖς, ἃ δεῖ δρᾶν, τὰ φρονεῖν.

Anglice.—Conduct yourself, therefore, in this distressing scene (ἐν τῷ ἀγῶνι) according to the best of your knowledge, i. e. with the utmost propriety; nor be torn from her by force, nor enter the lists with me as your antagonist; but consider your own strength and the near approach of your misery: to weigh well what is your duty in the present crisis, shall be your only wisdom, though involved in misfortune.—Verbum ἀγὼν, latens in animo loquentis, rapuisse videtur Hecuba, cum Ulyssi respondit, αἶ, αἶ, παρέστηχ', ὡς ἔοικ' ἀγὼν μέγας.

Eodem modo solvendus est iste nodus Sophocl. Oedip. Tyrann. οἶσθ' ὡς ποίησον memoratus supra; Anglice, *Act according to the best of your information.* Sed nequaquam per οἶσθ' ὅ, τι

ποίησον; ut Gisb. Koen. somniasse videtur, quod sane ineptissimum esset.

9*no*. Harris in suo libro, cui titulus Hermes, de Imperativo ita loquitur, pag. 156. 'It is thus *Apollonius*, in the chapter first 'cited, distinguishes between σκαπτέτω τὰς ἀμπέλους, *go to digging the vines*, and σκαψάτω τὰς ἀμπέλους, *get the vines dug*. 'The first is spoken (as he calls it) εἰς παράτασιν, *by way of* 'extension, *or allowance of time for the work*; the second εἰς 'συντελείωσιν, *with a view to immediate completion*. And in another place, explaining the difference between the same tenses,' 'Σκάπτε and Σκάψον, he says of the last, οὐ μόνον τὸ μὴ γενόμενον 'προστάσσει, ἀλλὰ καὶ τὸ γινόμενον ἐν παρατάσει ἀπαγορεύει, *that it* 'not only commands something which has not been yet done, but 'forbids also that which is now doing in an extension, that is to 'say, in a slow and lengthened progress.' 'Hence, if a man 'has been a long while writing, and we are willing to hasten 'him, it would be wrong to say in *Greek* ΓΡΑΦΕ, *write*, (for 'that he is now, and has been long doing,) but ΓΡΑΨΟΝ, *get* 'your writing done, *make no delays*.' Omnia quae sunt valde puerilia, falsa, et contraria rationi, sententiaeque Graecorum omnium Scriptorum clari nominis, ut postea apparebit.

Homerus, in contentione inter Agamemnona atque Achillem, Minervam inducit loquentem, Iliad. α', 210.

Ἀλλ' ἄγε, λῆγ' ἔριδος, μηδὲ ξίφος ἕλκεο χειρί.
Ἀλλ' ἤτοι ἔπεσιν μὲν ὀνείδισον, ὡς ἔσεταί περ.

Quae Anglice vertas.—But come immediately, cease from your strife, nor draw the sword with your hand; but, with words indeed, reproach him as long as shall be convenient. Item, Βάσκ'

Item in ea objurgatione Thersitis adversus Agamemnona, Ulyssem inducit Poeta dicentem,

Θερσῖτ', ἀκριτόμυθε λιγύς περ ἐὼν ἀγορητὴς
Ἴσχεο, μηδ' ἐθέλ' οἷος ἐριζέμεναι βασιλεῦσιν.
Iliad. α. 247.

Vide etiam Patrem Historicorum de Cyro sic scribentem, ἀπόκτεινον· μετὰ δὲ, θάψον τρόπεῳ ὅτ

Sic, ille locus celeberrimus Apoll. Rhod. Argonaut. Lib. 3

372 – ὄνοι ἄφας ὀφθαλμῶν μοι ἀπόπροθι λωβητῆρες
νεῖθ' αὐτοῖσι δόλοισι παλίσσυτοι ἐκτοθι γαίης

Quae Anglice vertas

Be gone ye Impostors out of my Country with all your fraud, will ye not?

ἴθι οὔλε ὄνειρε θόας ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν. Iliad. Θ'. 10.—Ex quibus omnibus apparet, si Homero creditur, ut Praesentis imperativus significet faciendum esse aliquid εἰς συντελείωσιν· et Aoristi imperativus, faciendum esse aliquid εἰς παράτασιν, atque interdum εἰς δεήσιν vel ἀνθυπείξιν (by prayer or submission.) Apocalyps. III, 1. Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Σάρδεσιν ἐκκλησίας, γράψον. Hoc, procul dubio, significat aliquid scribendum esse εἰς παράτασιν, quia aliter haud fieri poterat; et in locis similibus, eodem capite. In precatione Ajacis de removendis tenebris, Iliad. ρ'. 645.

Ζεῦ πάτερ, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ὑπ' ἤερος υἷας Ἀχαιῶν·
Ποίησον δ' αἴθρην, δὸς δ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι·
Ἐν δὲ φάει καὶ ὄλεσσον, ἐπεὶ νύ τοι εὔαδεν οὕτως.

Ordo, ὦ Ζεῦ πατὲρ, (ἀπολλύμεθα), ἀλλὰ ῥῦσαι υἷας Ἀχαιῶν ὑπ' ἤερος, κ. τ. λ.—Anglice, *O father Jove*, (*we are perishing, our case is getting desperate*), *but do thou rescue the Grecian sons enveloped in darkness; and restore a calm, and give our eyes to see; and in the light, even destroy us, since it is thy sovereign will.*

Omnes igitur isti Imperativi tres proprie significant, impetrandum esse aliquid εἰς δεήσιν· ultimus, patiendum esse aliquid εἰς ἀνθυπείξιν. Sic etiam in precatione Dominica, Matth. VI, 13. ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Itaque omnibus eruditis manifestum esse necesse est, ut Aoristi imperativus nequaquam significare possit aliquid faciendum esse εἰς συντελείωσιν. Haec paucula demonstrare sufficiant, stultitiam atque ignorantiam Alexandrini Grammatici, cognomine *Difficilis*.

Pergamus nunc ad Perfecti imperativum de quo grammatici maxime falluntur.

Hoc in loco, nostro consilio alienum non erit ostendere, imperativum perfecti multum a praesentis aut aoristi vi et significatione differre: neque perfectus dicendus, quod ad *tempus praeteritum* attinet, ut a grammaticis vulgo putatur; quo nihil absurdius esse possit; sed *vi* et ἐνέργειᾳ. Imperativus perfecti, igitur, significationem suam semper exprimit quadam energia, vel efficacia, quam imperativus alius omnino nescit. Hoc demonstrare e scriptis doctorum conabimur. Τῶν ἀπόντων φίλων μέμνησο πρὸς τοὺς παρόντας. Isocr. Angl. Always *make mention of your absent friends to those in company with you.* Neque hunc sensum assequi potuisset Auctor, μνήσθητι dicendo, ut μνήσθητι ὅτι θνητὸς ὑπάρχεις, Anglice, *Remember that you are a mortal;* μέμνησο ὅτι θνητὸς ὑπάρχεις. Phocyl. 104. Anglice, *Remember* always *that you are a mortal.* Καὶ πεφύλαξο γὲ ταῦτα ποιεῖν ὅποσα φθόνον ἴσχει. Pythagor. Aurea Carm. 36. Anglice, *Be* always *on your guard against doing those things which occasion envy.* Μέμνησο ἄνθρωπος ὤν. Aelian. V. H. IX, 41. Anglice, Always *remember that you are a man.* Ἐπεὶ Περσεφόνῃ συνδοκεῖ, ἀναγάγων τοῦτον αὖθις, ποιήσον νυμφίον· σὺ δὲ μέμνησο μίαν λαβὼν ἡμέραν. Lucian. Dial. Anglice, *But do you remember* (*Protesilaus,*) during the whole time specified above, *that you have got but one day's leave of absence.* Μέμνησ', ὅπως εὖ μοι στομώσεις αὐτόν. Aristoph. Nub. 1106. Χάριν λαβὼν μέμνητο, καὶ δίδους ἐπιλάθου. Menander. Anglice, *Having received a kindness,* always *remember it, and having bestowed one, forget it.* Μέμνησο τοίνυν, ταῦθ', ὅτι ἡ φρὴν ὤμοσεν. Aristoph. Θεσμ. 282. Anglice, Always *remember, that the mind has come under a moral obligation with regard to these things.*

Cujus generis elegantis scripturae, linguis omnibus, Graeca excepta, prorsus ignotae, aliud exemplum e Sacris literis, longe pulcherrimum producere volumus.

Marc. IV, 39. καὶ διεγέρθεις, ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ, καὶ εἶπε τῇ θα-

De quod inepti dicitur Paula poëta
futurum a Grammaticis vide Coll. Ge
Mayo a. P. 105 in his verbis

εἰ γὰρ τινα ἀκηλοῦν κεχρὴν συνάψετε ✗

λάσσῃ, σιώπα, πεφίμωσο. Καὶ ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος, καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη. Ubi Salvator hominum, sopore soluto, ad compescendam maris tumidi iram, numenque suum demonstrandum, primum, Ventum compellans, dicit ἄνεμε, σιώπα· deinde Mare, θάλασσα, πεφίμωσο, Anglice, *Wind, be hushed, and thou sea*, impose silence on all thy stormy waves; *and the wind was silent, and there was a great calm!* Qua sententia, nihil pulchrius, nihil elegantius, nec sublimius in Scriptis Poëtarum omnium vel Romae, vel Athenarum; certeque sublimitate proxime accedit ad Εἶπεν ὁ Θεὸς, γενέσθω φῶς, καὶ ἐγένετο. De queis vide Longin. sect. IX, de Sublimitate.

10*mo*. Homer. Odyss. ή, 103.

Πεντήκοντα δέ οἱ δμωαὶ κατὰ δῶμα γυναικές·
Αἱ μὲν ἀλετρεύουσι μύλης ἐπὶ μήλοπα καρπὸν,
Αἱ δ' ἱστοὺς ὑφόωσι καὶ ἠλάκατα στρωφῶσιν
Ἥμεναι, οἷά τε φύλλα μακεδνῆς αἰγειροίο.
Καιροσέων δ' ὀθονέων ἀπολείβεται ὑγρὸν ἔλαιον.

Quorum duo versus ultimi multas, variasque et mirabiles versiones interpretibus excogitatas habent: criticorum quoque somnia de his multa sunt; sed omnia ex eburnea porta emissa; e quibus nonnulla coram lectoribus nostris constituemus; primumque versionem viri doctissimi Samuel Clarke.

Quinquaginta porro ei ancillae per domum foeminae;
Aliae quidem molunt sub mola flavum frumentum;
Aliae vero telas texunt et pensum versant
Sedentes, qualia folia excelsae populi.
Bene-textis autem a linteis distillat humidum oleum.

Nunc judicent periti de sequentibus.

Vers. 106. οἷά τε φύλλα μακεδνῆς αἰγείροιο.] ‘ Οἱ μὲν,’ (*scilicet* ἐνυπνιάζουσι) ‘ ὅτι ἡλιοτροπίου τάξιν ἐπεῖχον καθήμεναι θεατροειδῶς· οἱ δὲ, ὅτι πεπύκνωται τὸ δένδρον τοῖς φύλλοις· φύλλα δὲ, ἤτοι διὰ τὸ πλῆθος, ἢ διὰ τὸ εὐκίνητον τῶν χειρῶν ἐν τῷ στρέφειν τὴν κρόκην, ὡς καὶ τὰ φύλλα τῆς αἰγείρου ἀντεστραμμενα ἀλλήλοις, καὶ εὐκίνητα ῥαδίως, καὶ ὑπὸ τυχούσης αὔρας.’ Schol.

De quibus ineptiis, paene anilibus, suam sententiam sic profitetur Samuel Clarke filius, non sine multo acumine, quis dubitet?

‘ Postrema (ut opinor) optima interpretatio. Multo enim ‘ aptius videntur pensa versata, quam foeminae ipsae sedentes, ‘ populi foliis comparari. Atque ita fere exponit *Eustathius*: ‘ φύλλοις δὲ αἰγείρου τὰς δμωὰς εἰκάζει, διὰ τὸ εὐκίνητον καὶ συνεχὲς τῆς ‘ αὐτῶν ἐργασίας.’ Comparatio sane pulcherrima et dignissima patre poëtarum! ‘ εὐκραδάντα γὰρ, φασὶ, καὶ τὰ τῶν αἰγείρων φύλλα διὰ τὸ ὕψος.’—Hoc certe non ὕψος *scribendi* est, sed βάθος. Quî fit, autem, ut foeminae, telas texentes, sint similes foliis procerae pŏpuli? Scholiastes respondet, ὅτι ἡλιοτροπίου τάξιν ἐπεῖχον καθήμεναι θεατροειδῶς.

‘ *Spectatum admissi risum teneatis, amici?*’ Certissime ille poëta celeberrimus tali comparatione nunquam usus esset ad artem pingendam foeminarum eximiam, telas texendi, toto orbe peritissimarum, ut infra videre licet,

Τόσσον Φαίηκες περὶ πάντων ἴδριες ἀνδρῶν
Νῆα θοὴν ἐνὶ πόντῳ ἐλαυνέμεν· ὡς δὲ γυναικὲς
Ἶστὸν τεχνῆσαι· περὶ γὰρ σφίσι δῶκεν Ἀθήνη
Ἔργα τ’ ἐπίστασθαι περικάλλεα, καὶ φρένας ἐσθλάς.

Odyss. η', 108.

Sed pergamus ad vers. 107. Καιροσέων δ’ ὀθονέων ἀπολείδεται ὑγρὸν

Scholiastes responsum bene dat!

ἔλαιον] Ἤτοι οὕτως ἦσαν πυκναὶ, ὡς μήδεν ἔλκιον δι' αὐτῶν διελθεῖν· ἢ ἔξωθεν ὡς ἔλαιον ἔστιλβον, διὰ τὴν λευκότητα· ἢ τρυφεραὶ ἦσαν, ὡς δοκεῖν ἔλαιον ἀπορρεῖν· ἢ οὕτως ἀποστίλβειν τὸν μίτον, ὡς δοκεῖν ἔλαιον ἀποδάλλειν. Schol.

'Easdem fere interpretationes affert et Eustathius. Plu-
'tarchus primam interpretationem sequutus videtur: Ὅμηρος εἶ-
'πεν, Καιροσέων δ' ἀθονῶν ἀπολείβεται ὕγρον ἔλαιον· ἐνδεικνύμενος τὴν ἀκ-
'ρίβειαν καὶ λεπτότητα τοῦ ὕφους, τῷ μὴ προσμένειν τὸ ἔλαιον, ἀλλ'
'ἀπορρεῖν καὶ ἀπολισθαίνειν τῆς πυκνότητος οὐ δίκσι.' De harum stoliditate conjecturarum criticorum, tam male sibi congruentium, rationique tam repugnantium, amplius disserere omnino supervacaneum esset, quia omnibus peritis legentibus apparere necesse est.

Nunc restat, nos quoque nostram sententiunculam inter alios dare, qualiscunque sit. Primum observandum, ut τὸ ἥμεναι referatur ad personam τοῦ ὑφόωσι et στρωφῶσιν, neque conjungendum cum οἷα, ut stulte putant grammatici, quia, tum oporteret οἷα fuisse οἷαι: item οἷα nequaquam adverbium sed adjectivum cum φύλλα concordans. Secundo, ut locus sit ellipticus, et vox maxime elliptica e vers. 110. τεχνῆσαι expetenda.

Itaque, voces ellipticas supplendo, modoque sequenti interpungendo, sic exsolvimus.

Πεντήκοντα δέ οἱ δμωαὶ κατὰ δῶμα γυναικές·
Αἱ μὲν ἀλετρεύουσι μύλης ἐπὶ μήλοπα κάρπον,
Αἱ δ' ἱστοὺς ὑφόωσι καὶ ἠλάκατα στρωφῶσιν
Ἥμεναι,——οἷά τε φύλλα μακεδνῆς αἰγείροιο (ἐτεχνῆσαν ἐπὶ τῶν ἱστῶν
Καὶ ἐν τῷ τεχνῆσαι ἔλαιαν) ὑγρὸν ἔλαιον ἀπολείβεται καιροσέων δ' ἀθονέων.

Anglice.—*And he* (*Alcinous*) *had fifty female servants in his house; some grind the ripe corn in the mill; others, sitting, weave webs and twirl the spindle.—And with what exquisite skill do they express on their webs the quivering leaves of the tall poplar! and in representing the olive, the very oil appears, as it were, dropping from the curiously-wrought webs!*

Picturam aliam, hisque simillimam antiquissimis, habemus in Virgil. Aen. V, 250.

‘ Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
‘ Purpura maeandro duplici Meliboea cucurrit,
‘ Intextusque puer frondosa regius Ida
‘ Veloces jaculo cervos *cursuque fatigat,*
‘ *Acer, anhelanti* similis; quem praepes ab Ida
‘ Sublimem pedibus rapuit Jovis armiger uncis.
‘ Longaevi palmas nequicquam ad sidera tendunt
‘ Custodes, *saevitque canum latratus in auras.*’

APOSTROPHE.

De natura hujus figurae plurimi critici, interdum quoque auctores summi nominis, maxime falluntur, ut videre licet sequentibus. Exemplum unum suggerere volumus e poeta celeberrimo Horatio, Epod. Lib. IV, Od. 5.

> At, O Deorum quicquid in coelo regit
> Terras et humanum genus,
> Quid iste fert tumultus? Aut quid omnium
> Vultus in unum me truces?
> Per liberos te, si vocata partubus
> Lucina veris affuit;
> Per hoc inane purpurae decus precor,
> Per improbaturum haec Jovem,
> Quid ut noverca me intueris, aut uti
> Petita ferro bellua?

De hac Ode, suo genere, celeberrima, Ludovicus Desprez sic agit. ‘ Julius Scaliger, vir alioqui summus (quis credat?) ‘ hanc oden pessime intellexit, pessime carpsit. At rem totam ‘ diligenter ante accipe, nec enim caret difficultatibus.’ Hoc quidem verissimum, ut postea apparebit; sed ille vir doctus non cavet difficultates, de quibus tam fideliter alios monet, et sic locum laudatum interpretatur.

‘ Sed, O numina, quotquot in coelo gubernatis hunc orbem ‘ atque homines, quid sibi vult ille strepitus? Vel quorsum fa- ‘ cies omnium istarum apparent terribiles adversus me solum?

‘ Te oro per filios, si Diana affuit veris partubus invocata: per vanum istud insigne purpurae: per Jovem talia condemnatu- ‘ rum: quare me aspicis quasi Noverca vel ut fera telo con- ‘ fixa.’ Omnia quae plane ridicula sunt.—Primum, invocatio fit ad personam tertiam, (sicut ante vidimus) scilicet ad QUICQUID; *idemque* QUICQUID, quamvis quartus casus (gubernetur- que a praepositione *per* suppressa) fit nominativus verbi *regit;* quod certe absurdissimum est. Deinde vertitur e plurali in singularem sermo, ‘ Te oro.’ Transitio celerrima et celeberri- ma!!! Sed cui verbo pronomen *Te* referatur? estne *Deo- rum?* vel *quicquid?* vel quid aliud? Hanc oden, igitur (quis credat hoc) pessime intellexit, pessimeque vertit ille vir sagax Ludovicus Desprez.

Laevinus Torrentius de loco laudato sic censet, ‘ quicquid in c. regit] *quicquid quidem* habent MSS. omnes; sed alii *re- ‘ git*, alii *regis*. In duobus etiam adscriptum, *quicquid deorum*, ‘ id est *quaecunque potestas;* in uno praeterea *sive deus, sive ‘ aliud quam deus*. Similia fermè illa Taciti, *quod militum, quod ‘ equitum, quod procerum*. Plura Lambinus. *Regis* etiam quam ‘ *regit* malim, ut more humano in tanto discrimine deos obtes- ‘ tetur.’ Haec omnia nihilo meliora, nihilo *saniora* quam praece- dentia.—Minellius ille vir eruditissimus, inter alios sic disserit, ‘ At vero, O omnes Dii, qui terras hominesque regitis. Proso- ‘ popoeia est pueri abrupta initio, et exclamatio ejusdem com- ‘ moti et perterriti (quem Canidia aliaeque veneficae, mento ‘ tenus sub terra defoderant, fameque necare constituerant, ut , ex ejus jecore et medulla, arte Necromantica, philtrum, seu ‘ poculum amoris conficerent) *deprecantis deos*, cum nihil pre- ‘ cibus loci apud homines sit relictum.’ Revera prosopopoeia non est, sed apostrophe; neque apostrophe deprecantis *deos*, quia invocatio ad deos non fit. Davidson in sua versione ver-

nacula, ut infra, ‘ *But, O ye heavenly Powers, who govern the* ‘ *earth, and regulate the affairs of men, what means this tumult,* ‘ *and the frightful looks of these old hags all fixed on me? Ca-* ‘ *nidia, I conjure you, by your tender infants, if ever Lucina,* ‘ *when invoked, was present and assisted at their births; I con-* ‘ *jure you by this shining purple, the proof of my innocence;* ‘ *and in fine, by Jupiter himself, who cannot but detest such bar-* ‘ *barous actions, why do you look upon me with the fierceness of* ‘ *a step-mother, or a savage tigress wounded with a spear?*’— Hoc nihil aliud est, quam imago jocosa praecedentium. Quam fideliter uno ore consentiunt omnes ad sensum hujusce loci celeberrimi corrumpendum; neque ad diversas personas, ut critici falso putant, fit invocatio, quod summa certe stultitia esset, sed quamvis repetita, quod prorsus necesse est, tamen simplex et una; fitque ad solam Canidiam principem Sagarum quatuor ad veneficium convenientium: nec quicquam felicius potuisset depingere animi perturbationem, affectum, aporiamque pueri infelicis, se videntis harum veneficarum tartarearum sceleratis consiliis derelictum, quam ista exclamatio abrupta et elliptica, At, O Deorum quicquid in coelo regit, &c.—Igitur construere et vertere tentes, ut infra, At, O Canidia, precor te (per) quicquid deorum in coelo (quod regit terras et humanum genus, quid iste fert tumultus? et quid truces vultus omnium in me unum? Te (precor) per liberos, &c. Anglice, *But, O Canidia, I conjure you by all the heavenly Powers, who govern the earth, and regulate the affairs of men, what means this tumult and the frightful looks of these hags all fixed on me? I conjure you by your children, &c.*

2*do.* Virg. Aeneid. IV, 625.

Exoriare aliquis nostris ex ossibus Ultor,
Qui face Dardanios ferroque sequare colonos.

Hi versus ineptissimi, levissimi, durissimique sunt; atque prorsus indigni auctore sublimi: sine dubio, lucem nunquam aspexissent, si ille morte immatura (heu quam luctuosa!) non abreptus fuisset. Est *verum,* quod dicit Scriptor vitae ejus: ‘Quippe qui, dum scriberet, ne quid impetum moraretur, ‘quaedam imperfecta reliquit: alia levissimis versibus scripsit, ‘quae per jocum pro tigillis vel tibicinibus interponi a se dice- ‘bat, ad sustinendum opus, donec solidae columnae advenirent.’ Vide Delphini editionem.

Primum, dicit Poeta, (‘quis hoc credat, nisi sit pro teste vetustas’)

O aliquis ultor exoriare, quod est extrema dementia, quia invocatio fieri non possit, nisi ad secundam personam: sed pronomen indefinitum nequaquam esse possit persona secunda: et quod pejus, si quid pejus esse possit, haec apostrophe fit ad τὸ μὴ ὄν (a non-entity) *aliquis ultor exoriare e nostris ossibus!* Porro, haec videtur pars esse precationis ad *deos morientis Elisae,* et certe conjungi ad finem vers. 620. et proferri deberet, ut caetera istius precationis, tertiâ personâ; sed secundâ nequiret. Igitur cum bona venia criticorum doctorum, hanc precationem cum emendatione debita absolvere, suumque in proprium locum tali modo restituere conabimur.

Aeneid. IV, 610.

Et dirae Ultrices et dii morientis Elisae,
Accipite haec: meritumque malis advertite numen:
Et nostras audite preces, si tangere portus
Infandum caput, ac terris adnare necesse est:
Et si fata Jovis poscunt, hic terminus haeret:

uae vitia in Auctore sanari possunt, quaecunque
tione sananda sunt, quae revocanda,
ad dedecus Auctoris non certe
manere debent

Et longum formose vale, vale, inquit Iola
Virgil. Ecl. 3. 79

At bello audacis populi vexatus et armis,
Finibus extorris, complexu avulsus Iüli
Auxilium imploret, videatque indigna suorum
Funera: nec, cum se sub leges pacis iniquae
Tradiderit, regno, aut optata luce fruatur:
Sed cadat ante diem, mediaque inhumatus arena.
Exoriatur ĕ nostris ossibus cfferus ultor
Qui face, Trojanos, ira, ferroque sequatur.
Haec precor, hanc vocem extremam cum sanguine fundo.

Stio. Virg. Aeneid. III, 358.

His vatem aggredior dictis, ac talia quaeso,
Trojugena, interpres Deûm, qui numina Phoebi,
Qui tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis,
Et volucrum linguas, et praepetis omina pennae:
Fare age: namque omnem cursum mihi prospera dixit
Religio.

Omnes interpretes atque critici, hos versus reddentes, a scopo longissime aberrarunt; qui, verbum *quaeso* gubernare accusativum *talia* rati, sic verterunt;—Ruaeus in sua versione Delphini, ‘ Alloquor his verbis Helenum vatem, et *rogo eum talia*.’ Item Davidsonus versione Anglicana, ‘ Then, in these ‘ words I accost the prophetic Helenus, and *question him thus*.’ Omnia quae certe ineptissima; namque verbum *quaeso* vel *quaesumus, latine*, gubernare nihil possit nisi accusativum personae secundae; sed personam aliam, vel casum, omnino nescit. Itaque syntaxis sententiae praecedentis est, ut infra:

Aggredior vatem his dictis, *age ac fare* talia, quaeso, Trojugena, Interpres Divûm, qui Numina Phoebi, qui tripodas, qui

Clarii lauros, qui sidera sentis, et volucrum linguas, et praepetis omina pennae.—Neque verbum *quaeso*, aliam personam vel casum regere possit, si quid fidei exemplis sequentibus sit tribuendum.

Horat. Sat. Lib. I. X, 51. ——— Age, *quaeso*,
Tu nihil in magno doctus reprêndis Homero?

Ov. Heroidum, Desino; parce queri, sed ut mare finiat iram
Accedant, *quaeso*, fac tua vota meis.
v. 16. Leander Heroni.

Idem, In caput haec nostrum, Dominae perjuria, *quaeso*,
Eveniant.——vers. 16. Acontius Cydippae.

Virg. At vos, O superi, et Divûm tu maximus Rector
Jupiter, Arcadii, quaeso, miserescite regis.
Aen. VIII, 572.

Idem. Ne, *quaeso*, ne me lacrymis, neve omine tanto
Prosequere, in duri certamina Martis euntem
O mater. Aen. XII, 72.

Quaeso, reputate cum animis vestris, num id mutari melius sit. Sallust. Bell. Jugur.—Et *quaeso*, considerate, quam conversa rerum natura sit. Sall. Fragment.

Quid est, *quaeso*, Metelle, judicium corrumpere, si hoc non est? Cicer. 2 Verr.—Hic, et hic solus usus proprius et legitimus τοῦ *quaeso*, vel *quaesumus* latine, ut clare constat e testimoniis concurrentibus omnium Auctorum, quos jam citavimus, doctorum.

Quid igitur statuendum est de sequenti? Cicer. pro Archia.

Quaeso a vobis, ut in hac causa, mihi detis hanc veniam ac-

alde suspiciendum est, ut oscitantia
Liberiorum maxime culpanda est.

commodatam huic reo: vobis, quemadmodum spero, non molestam.

Si exemplum hoc sanum, si *quaeso* non rescribendum est *quaero*, praecedentia omnia prava omnino sunt. Vobis, periti, vobis solis judicare relinquendum sit: nostrûm non est tantas componere lites. Sed de quibus Comoedi in suis scriptis nugantur, qui versibus incomptis ludunt; scriptaque quorum semper vulgare sapiunt, ut necesse est; ea haud multum curamus, nec in animo refellere est; exempli gratia:

Plaut. ‘ *Quaeso deos*,’ hisque similia.

4*to*. Itidem verbo λίσσομαι Interpretes atque Critici, inter vertendum, maxime abutuntur. Sic ille vir doctus, saepius memoratus, verbum λίσσομαι vertit.

——————————— αὐτὰρ ἔγωγε
Λίσσομ᾽ Ἀχιλλῆϊ μέθεμεν χόλον, ὃς μέγα πᾶσιν
Ἔρκος Ἀχαιοῖσιν πέλεται πολέμοιο κακοῖο.

———‘ Verum ego precabor Achillem deponere iram, qui ‘ magnum omnibus propugnaculum Achivis est belli mali.’ Sed verbum λίσσομαι nequaquam regere potest Ἀχιλλῆϊ, quia sicut verbum *quaeso* Latine, λίσσομαι vel λισσόμεθα tantum usurpandum est apostrophis, invocationibus, vel prosopopoeiis, ut Scriptores optimi uti solebant. Sed praeterea, quî fit, ut ille vir doctus vertat λίσσομαι per *precabor*? quod certe absurdissimum est, namque verbum λίσσομαι praesenti tempore est, non futuro: neque futurum habet, quantum nos scimus; nec, si futurum haberet, usurpandum fuisset hac occasione, quia jam tunc coram Nestore et Agamemnone erat Achilles, ut citatione totius loci apparebit. Iliad. ά. 277.

Μήτε σὺ, Πηλεΐδη, θέλ' ἐριζέμεναι βασιλῆϊ
Ἀντιθέην· ἐπεὶ οὔποθ' ὁμοίης ἔμμορε τιμῆς
Σκηπτοῦχος βασιλεὺς, ᾧτε Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν.
Εἰ δὲ σὺ κάρτερος ἐσσὶ, θεὰ δέ σε γείνατο μήτηρ,
Ἀλλ' ὄγε φέρτερος ἐστὶν, ἐπεὶ πλεόνεσσιν ἀνάσσει.
Ἀτρεΐδη, σὺ δὲ παῦε τέον μένος· αὐτὰρ ἔγωγε
Λίσσομ' Ἀχιλλῆϊ μέθεμεν χόλον, ὃς μέγα πᾶσιν
Ἕρκος Ἀχαιοῖσιν πέλεται πολέμοιο κακοῖο.

Vir celeberrimus atque doctissimus M. Rollin, in Libro suo, cui titulus Belles Lettres, Vol. I, pag. 132. de loco laudato sic disserit, ‘ this verse in Homer, αὐτὰρ ἔγωγε λίσσομαι Ἀχιλλῆϊ μέ- ‘ θεμεν χόλον, is thus translated in the Latin, “ *Sed ego precabor* “ *Achillem deponere iram.*” ‘ Yet it is certain Ἀχιλλῆϊ is not ‘ governed by λίσσομαι, which always requires an accusative, ‘ but relates to μέθεμεν χόλον. *At supplex rogo te, ut in gratiam* ‘ *Achillis dimittas iram;* or rather, *ut iram contra Achillem* ‘ *tuam dimittas.*’ In sententiae membro priori, ille vir acutissimus felicissime vertit, sed posteriori nequaquam. Observandum quoque est, ut τὸ χόλον positum esse videatur Metonymia Causae pro Effectu; id est χόλος pro λοιδόρημα. Sententia elliptica, et constabit ut infra,

Ἀτρεΐδη, σὺ δὲ παῦε τέον μένος· αὐτὰρ (περὶ παντῶν) ἔγωγε λίσσομαι (σὲ) μέθεμεν χόλον Ἀχιλλῆϊ. Quae Anglice vertas, *moderate your transports of rage, but (above all) I beseech you, forgive Achilles his abusive language.* Sic χόλος sumi videtur Iliad. ά. 223.

Πηλεΐδης δ' ἐξαῦτις ἀταρτηροῖς ἐπέεσσιν
Ἀτρεΐδην προσέειπε, καὶ οὔπω λῆγε χόλοιο·
Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο· κ. τ. λ.

Anglice.—*Again Achilles accosted Agamemnon with hard words,*

and did not at all refrain from abusive language; Drunkard, thou hast the impudence of a dog, but the trembling *heart of a stag,* &c.

Item Pindarici Interpretes locum infra citatum vertentes aberrasse videntur, qui sic reddiderunt:

Olymp. εἰδ. IB. Λίσσομαι, παῖ Ζηνὸς ἐλευθερίου,
Ἰμέρᾳ εὐρυσθένε' ἀμι—
Φὶ πόλει, σώτειρα Τύχα.

Supplico tibi, filia Jovis Liberatoris, Himera potentissima pro urbe, servatrix Fortuna. Vide etiam Selecta ex Poetis, in usum regiae scholae Etonensis, pag. 111. ubi mendum idem Auctor admisit. Locus est ellipticus, et digerendus atque vertendus ut infra,

σώτειρα Τύχα, παῖ Ζηνὸς ἐλευθερίου, λίσσομαι (σὲ, κλῦθί μου) ἀμφὶ Ἰμέρᾳ εὐρυσθένει πόλει. Anglice, *O goddess Fortuna, mighty to save, daughter of Jupiter the deliverer, I pray (thee, hear me) in behalf of the most powerful city Himera.* Omnibus aliis in locis, ubicunque reperiendis, secundae personae accusativum regit:

Πρὸς νῦν θεῶν σὲ λίσσομαι τῶν ἐγγενῶν. Sophocl. Elect. 430.
Μὴ δέσποτ' Αἴας, λίσσομαι σ' αὔδα τάδε. Sophocl. Ajax Flag.

APOSIOPESIS.

INTERPRETES atque Grammatici, scripta veterum vertentes, hanc quoque figuram maxime neglexerunt. Vir doctus supra memoratus, Samuel Clarke, Iliad. ά. 340. de laudata figura ita disserit: ‘ In aliis itidem Scriptoribus istius modi, aposiopesis ‘ non observata viros etiam doctissimos nonnunquam in fraudem induxit.’ Hoc credere facile possumus; eoque facilius, quia ille vir ipse, aposiopesi non observata, in fraudem etiam inductus est, Iliad. λ'. 832.

Ἰητροὶ μὲν γὰρ, Ποδαλείριος ἠδὲ Μαχάων·
Τὸν μὲν ἐνὶ κλισίῃσιν ὀΐομαι ἕλκος ἔχοντα,
Χρηΐζοντα καὶ αὐτὸν ἀμύμονος ἰητῆρος,
Κεῖσθαι, κ. τ. λ.—et sic ille vir doctus, ‘ Ἰητροὶ—τὸν μὲν.] ‘ De elegantissima hac Syntaxi ἀνακαλούθῳ, vide supra ϛ'. 353.’ Quod jam refellimus. Vide Articulum Μωσῆς.—‘ Ineptissime ‘ hîc Scholiastes,’ “ Ἰητροὶ, ἀντὶ τοῦ Ἰητρῶν· Ὀρθὴ, ἀντὶ γενικῆς.” Ineptissimum quidem, sed quid ineptius esse possit anacoluthiâ. Haec quoque est versio, ‘ Medici enim, Podalirius et ‘ Machaon, hunc quidem in tentoriis puto, vulnus habentem, in- ‘ digentem et ipsum eximii medici jacere: alter autem in cam- ‘ po Trojanorum sustinet acrem Martem.’ Sane quidem, Podalirius et Machaon, in priori membro periodi, absoluti nominativi non sunt; neque Syntaxis ἀνακολούθος est, ut doctus ille interpres stultissime putat, sed tantum sententia elliptica, ut necesse est, et ita constabit:

Iliad. λ. 827.

Ἀλλ' ἐμὲ μὲν σὺ σάωσον, ἄγων ἐπὶ νῆα μέλαιναν·
Μηροῦ δ' ἔκταμ' ὀϊστὸν, ἀπ' αὐτοῦ δ' αἷμα κέλαινον
Νίζ' ὑδάτι λιαρῷ· ἐπὶ δ' ἤπια φάρμακα πάσσε,
Ἐσθλά, (τὰ σὲ προτὶ φασὶν Ἀχιλλῆος διδιδάχθαι,
Ὃν Χείρων ἐδίδαξε, δικαιότατος Κενταύρων.)
Ἰητροὶ μὲν γὰρ Ποδαλείριος, ἠδὲ Μαχάων—οὐ μοὶ παρεῖσι.
Τὸν μὲν ἐνὶ κλισίῃσιν ὀΐομαι ἕλκος ἔχοντα,
Χρηΐζοντα καὶ αὐτὸν ἀμύμονος ἰητῆρος,
Κεῖσθαι· ὁ δ' ἐν πεδίῳ, Τρώων μένει ὀξὺν Ἄρηα.

Nunc omnibus apparere necesse est, versus 830. et 831. parenthesi includi debere; et totum locum ita vertendum: 'At me quidem tu serva, ducens ad navim nigram; femoreque exscinde sagittam; ab eoque sanguinem nigrum ablue aqua tepida; et lenia medicamenta insperge, salubria; (quae te aiunt ab Achille doctum esse, quem Chiron docuit, justissimus Centaurorum.) Medici enim Podalirius et Machaon—*mihi non adsunt;* hunc quidem in tentoriis puto, vulnus habentem, indigentem et ipsum eximii medici jacere; alter autem in campo Trojanorum sustinet acrem Martem.' Observare quoque liceat, ut τὸν μὲν referatur ad *Podalirius*, et ὁ δὲ ad *Machaon*, ut semper Graecis mos est; neque in tota Iliade reperienda est ἀνακολούθια: denique, nulla verba melius exprimere potuissent statum aegri viri se torquentis prae dolore vulneris, peneque succumbentis defectu sanguinis, quam ista abrupta, sed admiranda Aposiopesis,

Ἰητροὶ μὲν γὰρ Ποδαλείριος ἠδὲ Μαχάων—— οὐ μοὶ παρεῖσι.

Aposiopesis alia, non minus elegans, suoque loco valde propria, sed interpretibus non observata, invenitur etiam in eo certami-

ne Achillis cum Agamemnone, ubi tali modo Agamemnona compellat, Iliad. *α*. 232.

Ἦ γὰρ ἂν, Ἀτρεΐδη, νῦν ὕστατα λωβήσαιο——
Ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω, καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι.

Bene observavit doctus Interpres Samuel Clarke, ‘ Ἦ γὰρ ἂν,] ‘ iratum et ferocientem mire decet praefracta haec et inter- ‘ rupta Oratio.” Sed de Aposiopesi nihil dicit; nec quisquam alius, quantum nos scimus: Tentemus igitur ellipsin supplere:

Ἦ γὰρ ἂν, Ἀτρεΐδη, νῦν ὕστατα λωβήσαιο—εἰ μὴ Ἀθήνη ἐλθοῦσα κεκωλύκοι.
Ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω, καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι,
vel quid simile.

Anglice.—Now surely, Son of Atreus, you had affronted me for the last time, *if Minerva, by her coming, had not prevented me.*

Lector erudite, quam apta huic loco laudata figura, quam similima animo irato, vehementissimeque perturbato atque atra bile percito: ad mirumque modum conveniens personae loquentis.

Rationi huic simili loquitur ille vir, haud minus oratorum summus, quam imperatorum habendus, de proelio Helvetiorum, quod factum erat apud fiumen Ararim, Caesar. de Bell. Gall. Lib. I. 10. ‘ Nam omnis civitas Helvetia in quatuor pagos divisa est. Hic pagus unus, quum domo exîsset, patrum nostrorum memoria, L. Cassium consulem interfecerat, et ejus exercitum sub jugum miserat. Ita, *sive casu, sive consilio Deorum immor-*

unquam tale venit unquam Poetae in mentem
mia sententia in τὸ lustrabunt omnino
desinit; & verba, quae me cunque vocant
terrae novam periodum inchoant.
Sententia prima igitur, quae incipit verbis
In feta dum fluvii current, est Hyperbola
poetica; autem altera quae incipit, quae
me cunque vocant terrae, est elliptica
continetque Aposiopesin τῆς Ἐπανωρθώσεως
rarissime occurrentem etiam apud Poetas.

Ego dispone & digere sequenti modo,
In feta dum fluvii current, dum montibus umbrae
Lustrabunt convexa, polus dum sidera pascet,
Semper honos, nomenque tuum laudesque manebunt.
Quae me cunque vocant terrae, apud me certe semper
manebunt. Quae, quoque Anglice verta
While the Rivers shall continue to run into
the seas, while the shadows shall turn
round the tops of the mountains, while the
heave shall support the stars, thy honor
thy Name and thy praise shall always remain
with me, they shall remain whatever foreign
shores all me to sojourn.

talium,——quae pars civitatis Helvetiae, insignem calamitatem populo Romano intulerat, ea princeps poenas persolvit.' Quae sic resolvenda,

Ita *accidit*, *sed*, sive casu, sive consilio Deorum immortalium, *non apparet*, *ut*, ea pars Helvetiae civitatis, quae intulerat insignem calamitatem populo Romano, poenas princeps persolverit.—Quae Anglice vertas, *It so fell out*, *but* whether by chance, or by the determination of the immortal gods, *it does not appear*, *that*, that part of the Helvetian state principally suffered punishment, which had brought the disastrous stroke on the Roman people.

Sic quoque cecinit ille vates,

'Qui quondam gracili modulatus avena
'Carmen; et egressis sylvis vicina coëgit
'Ut quamvis avido parerent arva colono:
'Gratum opus agricolis.'

Georg. I, 83. 84.

Saepe etiam steriles incendere profuit agros,
Atque levem stipulam crepitantibus urere flammis:
Sive inde occultas vires, et pabula terrae
Pinguia concipiunt: sive illis omne per ignem
Excoquitur vitium, atque exsudat inutilis humor,
Seu plures calor ille vias, et caeca relaxat
Spiramenta, novas veniat qua succus in herbas:
Seu durat magis, et venas astringit hiantes;
Ne tenues pluviae, rapidique potentia solis
Acrior, aut Boreae penetrabile frigus adurat.

Ver. 88.—*inutilis humor,* Ruaeus in sua versione Delphini, pessime vertit per, ‘ *humor nimius exsiccatur,*’ quasi, τὸ inutilis humor, solum uliginosum vel humidum significet. Neque melius, totum locum vertit Davidsonus, in sua versione vernacula, —‘ Whether the land from thence receives secret strength and ‘ rich nourishment, *as is the case with land that is poor;* or ‘ whether every vicious disposition is exhaled by the fire, and ‘ the superfluous moisture sweats off, *as it happens if the soil* ‘ *be watry;* or whether the heat opens more passages and se- ‘ cret pores, through which the sap may be derived into the ‘ new-born herbs, *which is the case with the stiff clay;* or whe- ‘ ther it hardens more, and binds the gaping veins, *as happens* ‘ *to a spungy soil,*’ &c.

‘ *As it happens if the soil be watry.*’

Quae sane admodum puerilia sunt; quia, si solum uliginosum vel humidum est, exsiccari non poterit incendendis stipulis, ut bene notum agricolis. Heynius celeberrimus de hoc loco ita disserit,

Ver. 86. ‘ *Sive—sive.* Pro varia soli, vel macri, vel uligino- ‘ si, vel densi, vel rari, natura, varias causas subjicit.’ Omnia quae falsa omnino sunt. Ut solum uliginosum vel humidum, comburendis stipulis, exsiccari non potuerit, non nemini notum esse oportet; nisi sit tale incendium, cujus meminit Naso, de suo infelici Phaëthonte,

Ovid. Metam. II, 250.

Arsit et Euphrates Babylonius, arsit Orontes,
Thermodonque citus, Gangesque, et Phasis et Ister:
Aestuat Alpheos: ripae Spercheïdes ardent.

Pori vel meatus densi soli, quod Davidsonus dicit ‘ *stiff clay,*’ ne sunt quidem incendio aperiendi ; imo, eo modo magis constringendi sint, ut bene notum. Porro, τὸ humor, hoc loco, non accipiendum, ut metonymia *abstracti* pro *concreto,* id est, humor pro humido vel uliginoso solo, ut Davidsonus et Heynius, per, ‘ *if the soil be watry,*’ et per ‘ *uliginosi,*’ innuere videntur, quod quidem absurdissimum esset ; sed ille succus naturalis cujuscunque soli, qui proprie dicitur *Uligo :* Ergo τὸ humor soli boni dicitur *dulcis uligo,* vel *utilis humor* : ut Virgil. Georg. II, 184.

‘ At quae pinguis humus, dulcique uligine laeta :’

et succus naturalis soli infoecundi, vel sterilis agri, dicitur *noxia uligo,* vel *inutilis humor,* ut in loco laudato. Denique, notandum sit, ut meminerit Poeta de quatuor causis, quibus incendium novis herbis prodesse potuerit,—vel pabulis accipiendis, vel vitio omni excoquendo et humore inutili exsudando, vel pluribus viis et caecis spiramentis relaxandis, vel venis hiantibus durandis atque astringendis : Sed non dicit, vel dicere profitetur, se scire per quam unice, harum omnium quatuor causarum, nutrimentum illud novis frugibus perveniret. Itaque figuram aposiopesin certissime locum habere oportet, quamvis interpretes atque critici eam semper neglexerunt.

Totam sententiam coram lectoribus nostris eruditis citabimus, eamque arbitrio eorum subjiciemus :

Saepe etiam steriles incendere profuit agros,
Atque levem stipulam crepitantibus urere flammis
(Sed) sive inde occultas vires, et pabula terrae
Pinguia concipiunt : sive illis omne per ignem
Excoquitur vitium, atque exsudat inutilis humor,

Seu plures calor ille vias et caeca relaxat
Spiramenta, novas veniat qua succus in herbas:
Seu durat magis, et venas astringit hiantes
Ne tenues pluviae, rapidique potentia solis
Acrior, aut Boreae penetrabile frigus adurat.——dicere
relinquendum sit futuris saeclis.

Quae quoque Anglice vertas, *It has often too been of use, to set fire to barren lands, and burn light stubble in crackling flames: but whether the land from thence receives secret strength and rich nourishment, or whether every vicious quality is exhaled by the fire, and the hurtful moisture sweats out, or whether the heat opens more passages and secret pores, through which the sap may permeate to the corn; or whether it hardens more, and binds the gaping veins, that the small rains, or keen influence of the violent sun, or penetrating cold of Boreas, may not hurt it—— must be left for future ages to determine.*

Verumne id sit, quod dicit Heynius in sua praefatione Virgilii, judicet lector eruditus, ex praecedentibus. ‘ Difficile est ‘ Virgilium et sine interprete recte legere, et cum interprete. ‘ Sunt enim multa in doctissimo poëta, quae pueros non modo, ‘ sed viros satis acutos exercitatosque, etiam in repetita lectione, ‘ teneant, aut quae, cum non sine multarum rerum scientia nec ‘ sine subtiliore et subacto judicio cognosci possint, legentis ‘ oculum fugiant, quamvis sint summa cum arte posita, pulcher- ‘ rime a Poëta dicta et ad sensum jucundissima.’ Vide tertiam editionem, Londini.

Alius vir doctus, dissimilis non admodum celeberrimo Heynio, Gulielmus Barron, in suo libro, cui titulus, *Lectures* on *Logic* and the *Belles Lettres*, de *ideis* loquens, Vol. II. pag. 588.

Verum, falsumne id sit, quod dicit Heyneius
de Virgilium legentibus; an potius ille vo-
cem [illegible] in numero eorum de quibus, sic
loquitur in sua praefatione Virgilii, rector
eruditus judicet, ex praecedentibus.

ita disserit : ‘ Inaccurate ideas are little better than no ideas ; ‘ they are sometimes worse. In respect of every deduction re- ‘ sulting from them, they are not preferable to ignorance, be- ‘ cause such deduction cannot be legitimate. But this is not ‘ the only inconvenience ; they lead us to suppose ourselves ‘ well informed when we are not so, and, of course, expose us ‘ to all the mortification which attends the detection of error, ‘ and to all those irksome contentions which arise from contro- ‘ versies about the meaning of words.’ Haec omnia bene quidem a docto viro dicta sunt, omninoque vera : imo, nimium vera de Auctore ipso ; qui, de *Allegoriis* agens, pag. 353. Vol. I. Horatium injustissime aggreditur,

‘ The most correct writers are sometimes faulty in this par- ‘ ticular ; even Horace and Boileau are not unexceptionable. ‘ Horace, in the following example, applies two epithets to the ‘ subject of the Allegory, which can be applicable only to the ‘ primary subject :’—

“ Ferus et Cupido,
“ Semper ardentes acuens sagittas
“ Cote cruenta.” Lib. II. Od. 8.

“ Ardentes” ‘ is intelligible when applied to love, the primary ‘ subject, which, in a figurative sense, is often said to burn ; but it ‘ has no meaning when applied to an arrow, which is never sup- ‘ posed to be hot.’ “ Cruenta,” ‘ also may be significant figu- ‘ ratively of the distress of unsuccessful love ; but nobody ever ‘ heard of a bloody whet-stone. No admirer of Horace would ‘ defend him by alleging the epithet was proper, because the

'stone made sharp the arrow which drew the blood. Horace 'himself would have been ashamed of such a defence.'

The Poet needeth no *defence*, the Critic only lacketh *sense*,

Sic nostri rure loquuntur. Sed aliorum judicia exquiramus.

Ludovicus Desprez, 'et saevus Cupido ignitas assidue sagit-'tas exacuens cote sanguinolenta.' Quae quidem praecedentibus nihil saniora sunt; quia 'ardentes sagittas' Horatii nequaquam vertendae per *ignitas*, sed *splendentes* vel *micantes*; in hoc sensu Virgilius quoque usus esse voce videtur,

Georg. Lib. IV, 91. Alter erit maculis auro squalentibus ardens.

——— et 99. Ardentes auro, et paribus lita corpora guttis.

Item, Aen. II, 734. —— Genitorque per *umbram*
Prospiciens: Nate, exclamat, fuge, nate; propinquant:
Ardentes clypeos atque aera *micantia* cerno.

Phrases igitur 'ardentes sagittas, ardentes clypeos' eodem sensu accipiendae sunt, scilicet, Anglice, *burnished arrows, burnished shields*. Mirum est quidem illos viros doctos id *clara luce* non aspicere posse, quod captum oculis, *nocte*, exclamare cogebat, ARDENTES clypeos atque aera MICANTIA *cerno!!*

Neque 'cote cruenta' accipienda est metaphorico, ut nonnulli interpretes intellexisse videntur, sed sensu communi, id est, *cote uncta cruore*, pro *aqua* vel *oleo*, quibus uti solent artifices in ferramentis acuendis; hoc sensu accipit Laevinus Torrentius,

cote cruenta] ‘ Quam Deus scilicet ille telis suis acuendis, non ‘ aqua, ut fieri solet, sed cruore perfundat, amantium malis ‘ gaudens.’

Hujus figurae (aposiopesios) exemplum praebet quoque Paulus, quod interpretes atque critici ignorantes, ab Apostoli scopo aberrarunt. Rom. XI, 18.

Μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων· εἰ δὲ κατακαυχᾶσαι, οὐ σὺ τὴν ῥίζαν βαστάζεις, ἀλλὰ ἡ ῥίζα σέ.

Quae Beza vertit, ut infra,

‘ Ne gloriare adversus ramos: quod si gloriaris, non tu radi‘ cem portas, sed radix te.’

Quae versio maxime deficitur sensu Apostoli.

Polus ille vir maximus, in suo libro, cui titulus, English Annotations, sic, ‘ Despise not the Jews, for they are the natural *branches* of the *Root* that *bears them.* If thou *insultest* over the *branches,* thou dost in a manner lift up thyself against the *Root* that once *bore* them, and that now *bears* thee: even Abraham, who is the father of all them that *believe.* Abraham is not the *Root,* simply and absolutely, but relatively, or by way of relation to his posterity and offspring.’

Alius interpres sic, ‘ Never insult or contemn these rejected Jews, nor imagine yourselves more worthy than they. Remember ye contributed nothing to the honours and privileges of Abraham and his posterity, but receive your gospel privileges

through means of Abraham, as their root, and the Father of all the nations of them that believe.'——Brown's self-interpreting Bible.

Omnia quae nihilo meliora, nihilo saniora praecedentibus.

Nunc id, quod possumus, agamus, in sensu simplici restituendo Apostoli, ellipsi supplenda.

Lector, animadverte vocem maxime ellipticam petendam esse ex ver. 17.

Versus totus, omnibus membris completis, sic suo ordine stabit :

Μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων· εἰ δὲ κατακαυχᾶσαι τῶν κλάδων—σὺ ἐκκλασθήσῃ, ὅτι σὺ οὐ βαστάζεις τὴν ῥίζαν, ἀλλὰ ῥίζα βαστάζει σέ.

Anglice.—Boast not against the branches; but if thou boast against the branches—thou shalt be cut off, because thou supportest not the root, but the root supports thee.

Figurâ, ut prius, eâdem.

ἀνθρώπου ἐστὶν ἁπαντᾶν ἔνεκα

LECTOR benevole, nunc APPENDICULAM, quam tibi dudum promisimus, habes, referentem paucula, nova et intacta, studiosaeque juventuti forsan utilia. Nobis uti si liceat verbis doctissimi viri Samuelis Clarke, ex praefatione Iliados, ‘ levia quidem haec, et parvi forte, si per se spectentur, momenti: sed ex elementis constant, ex principiis oriuntur, omnia; et ex judicii consuetudine in rebus *minutis* adhibita, pendet saepissime etiam in *maximis* vera atque accurata scientia.’ Interea, sicubi nos delinquentes, *ut par est,* τίς δ' οὐχὶ θνητῶν; μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστὶ θεῶν, inter tot discrimina iter facientes, repereris, aequum te praebeas; nostrisque laboribus, quamvis humillimis, amice faveas.

‘ Vive, vale: Si quid novisti rectius istis
Candidus imperti, si non, his utere mecum.’

HORAT.

FINIS.

EXCUDEBAT CAR. STEWART, EDIN. ACAD. TYPOGR.

CORRIGENDA.

Pag. 1.	l. 17.	pro ἔχεισπρὸς	lege ἔχεις πρὸς
5.	3.	Schrevelius Cornelius	*lege* Cornelius Schrevelius
6.	21.	suppressa	*lege* suppressum
7.	23.	accusativum	accusativus
9.	17.	μεριαινῶν	μεριμνῶν
11.	17.	ἔτυχε, ὢν	ἔτυχε ὢν
15.	8.	ἵνα	ἵναι
20.	10.	*viderent*	*videret*
—.	23.	ἀποθαύμαζε	ἀπεθαύμαζε
30.	28.	Ταμώνος	Ταμώ
32.	7.	δαμόνιε	δαιμόνιε
33.	7.	τοδι	τόδε
34.	15.	θυραίσι	θυραίοις

603980

Strauchon, Joannes
Appendix ad Schleusneri lexicon.

LaGr.D
S9122ap

PL 21-7-58

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED